PETRI MARTINEZ

SACRAE THEOLOGIAE IN COMPLV-
TENSI ACADEMIA DOCTORIS ET PVBLICI
professoris, Commentarij in libros Aristote-
lis de Generatione & Corru-
ptione.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

PRIMA EDITIO.



Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Ecclesiastis. 1.

COMPLVTI,
Excudebat Andreas ab Angulo,
Anno. 1561.

CVM PRIVILEGIO.

PETRI MARTINEZ

SACRAE THEOLOGIAE IN COMPLV-
TENSI ACADEMIA DOCTORIS ET PVBLICI
professoris, Commentarij in libros Aristote-
lis de Generatione & Corru-
ptione.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

PRIMA EDITIO.



¶Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Eccleſiaſtis. 1.

COMPLVTI,
Excudebat Andreas ab Angulo,
Anno. 1561.

CVM PRIVILEGIO.

El Rey.

POR QVANTO por parte de vos el doctor Pero Martinez, cathedratico de Theologia de la vniuersidad de Alcala de Henares, nos a sido fecha relacion, que vos auiades compuesto vnos commentarios intitulados de Philosophia natural, sobre los libros de Aristoteles de Cœlo, y Generatione y Corruptione: en los quales aueys puesto mucha industria y trabajo. Atento lo qual nos suplicastes, os diessemos licencia y facultad, para que por el tiempo que nuestra merced y voluntad fuere, ninguna otra persona lo pudiesse imprimir ni vender so graues penas, ni traerle impresso de fuera parte, sino vos el dicho doctor Pero Martinez, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, o que sobre ello proueyessemos, como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo (por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia, que la prematica por nos agora nueuamente fecha dispone) fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula, en la dicha razon, & nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos doy licencia y facultad, para que vos o la persona que vuestro poder ouiere, podays imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion: para que por tiempo de cinco años primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la data desta mi cedula en adelante, podays imprimir & vender el dicho libro. Y mando y defiendo, que persona alguna sin vuestra licencia, durante el dicho tiempo de los dichos cinco años, no le pueda imprimir ni vender, sopena de perder todos los libros que del ouiere imprimido, y mas diez mil marauedis para la nuestra camara: con tanto que ayays de vender y vendays cada pliego de molde de la dicha impression, a tres marauedis el pliego, y no mas. Y mando a los del mi consejo, Presidente y oydores de las mis audiencias, alcaldes, alguaziles de la mi casa y corte y chancillerias, y a todos los corregidores, assistente, gouernadores, alcaldes & otros juezes & justicias qualesquier, de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, y a cada vno & qualquier dellos, ansi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante: que vos guarden y cumplan y hagan guardar y cumplir, esta mi cedula y merced que ansi vos hago: y contra el tenor y forma dello no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar por alguna manera, sopena de la nuestra merced y de veynte mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en Madrid, a tres dias del mes de Agosto, de mil y quinientos y sesenta y vn años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad
Ioan de Galarça.

CLARISSIMO VIRO
ET GENERIS ANTIQVITATE ILLVSTRI
Domino Ioanni Stunicæ ab Auellaneda, Petrus Martinez, Salutem.

VM superioribus hisce mensibus librum de Cœlo & Mundo de manibus in lucem emisissem, magnificentissime ac perinde illustris Ioānes, non potui mihi ipsi temperare, quin alijs atque alijs occurrētibus principibus, quibus ego multis eram obstrictus nominibus, vni fratri tuo, maiori militiæ Castellæ Cōmendatario, nuncuparē. Quòd multis intellexissem experimentis, tantam esse religiosissimi principis sanctimoniam, tantam in omni vitæ compositione modestiam, tantam in moribus ad virtutis normam formandis accurationem, tantum postremò iustitiæ & æquitatis studium, atque ardorem, vt rebus omnibus mundanis & caducis longè posthabitis, ad cœlestia totus aspiret, & supernas illas sedes ardentissimis concupiscat desyderijs. Nunc verò cùm commentatio nostra de Generatione & Corruptione, esset è tenebris in mediam claritatem proditura, vt varias mortalium sententias, diuersaq; iudicia experiretur: cui ego potiùs, quàm tibi, consecrarem, non inueni. Nam cùm non ad ludum & iocum, vt nobilium pleriq;, sed ad grauiora & seueriora studia generatus sis à natura, adeò tui nominis fama per omnium ora volitare cœpit, vt nulla tēporum successione, nullis maleuolorum obtrectationibus, nulla vetustatis iniuria corrumpi, aut obliterari posse videatur. Quis enim, cùm adhuc puer in Complutensi schola inter æquales versareris, fuit te vno in percipiē da humanioris literaturæ disciplina diligentior, atque studiosior? quis postquàm adolescentiam attigisti, fuit te vno in armis & rebus bellicis tractandis magis industrius? quis ad rerum publicarum gubernationem vnquam extitit, qui te consilio, prudentia, maturitateq; iudicij in tā tenera ætate superauerit? Hæ omnes tuę virtutes (si de futuris coniecturam facere licet) mihi certissimo uidentur vaticinari augurio, te vnum ducem futurum, quem omnis colat posteritas, & de cuius egregijs facinoribus, ac rebus præclarè gestis futura sæcula nunquā conticescant. Progredere igitur clarissime Ioannes, eâdem qua cœpisti, fœlicis auspicij bonitate: progredere, quò tua te vocat virtus, & sa-

pientia: & non dubito, quin sis in tam altum dignitatis gradum ascẽsurus, vt tuorum parentum nobilitatem illustres, & tuis posteris relinquas fortitudinis & generositatis exemplum, quod imitentur. Accipies igitur hoc munus philosophicum, tuo potissimùm nomini dicatum, nõ vt acceptorum à te beneficiorum gratiam aliquam referrem (neque enim tuus splendor benefactorum desiderat compensationẽ, neque nostræ conditionis tenuitas vllam suppeditat retribuendi facultatem) sed eo potiùs nomine, vt aliquam grati animi significationem exhiberem, quæ nostræ erga te obseruantiæ & pietatis memoriã, nulla temporis diuturnitate euanescere patiatur. Deus Opt. Max. te quàm longissimè seruet incolumem, & tua omnia sic moderetur cõsilia, vt post ærumnosum huius vitæ curriculum, multisq; plenum difficultatibus, æterna fruaris fœlicitate. Vale præclarum huius sęculi decus & ornamentum.

Ad Lectorem.

ANtibi (studiose lector) secundã Naturalis Philosophiæ partem: quæ in eo vno versatur tota, vt possis sine multo tuo negotio & labore, quo pacto fiat rerum generatio & corruptio, apertissimè intelligere. Damus iam tibi, quod priore nostra de Cœlo commentatione promisimus, ne nos malè solutæ fidei possis aliquando arguere. Tu interim nobis dabis animi candorem, frontis hilaritatem, pectus nullis inueteratæ simultatis aut inimicitiæ turbinibus agitatum, syncerum incorruptumq; iudicium ad hæc nostra scripta examinanda: vt id quod restat itineris, maiore percurramus alacritate. Quod (spero) à te facilè impetrabimus, si sollicitè diligenterq; consideres, nos tibi compendiariam quandam viam aperuisse, qua possis in abstrusos Aristotelis sensus penetrare: & Summam quandam capitum colligere, quæ ab his memoriter recitari solent, qui ex vetere Complutensis scholę consuetudine, eorum iudicum subeunt censuram, qui in singulos annos ad rigidissimam quandam normam cuiusq; merita examinare solent. Vale, & pro tantis laboribus tuæ tantùm vtilitatis gratia susceptis, mentis sanitatem nobis precare.

¶Etsi in libris de Cœlo Ioannis Argyropyli versionem fuerim secutus, tamen hîc Franciscum Vatablum selegimus, vt nostræ scholæ receptam consuetudinem insequeremur.

Petrus Moreno, collega philoſophus in academia Complutenſi, ad matrem Academiam, in gratiam Autoris.

HActenus egregios ſummoſq; academia vates
Materno in gremio, diuino lacte, creaſti:
Qui tibi iam dubias feciſſent, Mantua, lauros:
Mantua Pieridum domus inclyta: Mantua, Apollo
Quam coluit quondam attonitus dulcedine cantus.
Hactenus artifices genuiſti academia multos
Dicendi, & varios ſolenni hac arte magiſtros:
Qui quoties dicunt, cygnæa voce loquuntur,
Recluduntq; illos fontes, atq; illa fluenta
Eloquij, quibus vndabant Romana theatra,
Cùm Cicero eloquij dulces fundebat habenas.
In lucemq; alios academia noſtra dediſti,
Vranie quibus obſcuras cognoſcere cauſas,
Et cœli motus, & dat vaga ſydera, & vnde
Effectus varios motus fulgentis olympi
Producat, curſuq; ſuo terra vnde beetur,
Et qua lege queant inter ſe elementa coire.
Inter quos omnes maiori lampade fulget
Martinius noſter, toto bene cognitus orbe.
Qui dum fœlici ingenio loca peruia reddit,
Quæ fuerant quondam multis obducta tenebris,
Germanos dum illos ſenſus, quos Attica muſa
Voce dabat propria, propriaq; ex mente probabat,
E tenebris trahit ad lucem, atq; ex nocte recondit,
Immortale decus toto ſibi comparat orbe.

HAE SVNT QVAESTIONES, QVAE VEL LEVITER ET PERFVNCTORIE TACTÆ, VEL AD VNGVEM SVNT A NOBIS IN LIBRIS de Cœlo examinatę. Quarum catalogus, ne illic deſideretur (quem breuitatis ſtudio omiſimus) hac ſecunda noſtrorum Commentariorum parte, in tuum commodum, chriſtiane lector, ſecundùm editionem Complutenſem anni .1561. collocatur.

AN ſubiectũ attributionis librorũ de Cœlo, ſit cœlũ vel vniuerſum. pag. 1. & 2. vbi pulchra eſt opinionum conciliatio.
An magnitudines, mathematicę duntaxat conſiderationis ſint, an etiã naturalis. pa. 3. col. 2.
Continuũ quotupliciter definiatur. pa. 4. col. 2.
An Ariſto. de ſolo corpore naturali loquatur pa. 5. col. 1.
Quomodo tria ſint omnia. ibidem. col. 1. & 2.
An totum, omne, & perfectum idem ſint. pa. 6. col. 1.
An vniuerſum, ſimpliciter ſit perfectum. pag. 7. col. 2.
An cœlum corpus ſit naturale: & an motus eius à natura propria ſit, an ab intelligentia. pag. 9. col. 2.
An forma cœli finito, intelligentia verò infinito moueat tempore. pa. 10. col. 1.
An cœlum principium habeat quietis. pag. 10. col. 2.
An tres tantùm ſint motus ſimplices. pagi. 11. col. 2
Quomodo mixta moueantur ad motum elemẽti prædominãtis. pa. 12, col. 1.
An Ariſt. probet horum librorum ſubiectum. pa. 13. co. 1.
An grauia omnia ad centum, motu eiuſdẽ ſpeciei deſcendant: ſimiliter & leuia ſurſum vnica ſpecie motus ferantur. pag. 13. col. 2.
Cur non ſit alia ſpecies motus (verbi gratia) dextrorſum & ſiniſtrorſum. pa. 14. col. 2.
An ignis in propria ſphæra circulo agitatus, violenter an naturaliter moueatur. pag. 18. co. 1.
An grauium & leuiũ definitiones, ſint quid rei aut quid nominis. pa. 19. col. 1. & pa. 24. col. 1.
An pars cœli in his inferioribus poſita, grauitatem habeat aut leuitatem. pa. 21. col. 2.
Cur omne quod fit, ex cõtrario fiat. pa. 23. co. 2.
An motus indicet naturam. ibidem.
An cœlum ſit genitum. pa. 24. col. 1.
An infinitum ſit. ibidem.
An habeat matetiam. ibidem. co. 2.
Quid & quotuplex ſit materia. pa. 25. co. 1. & 2.
Quæ ſit contrarietatis ratio, expenditur. pa. 30. col. 2.
An moueri de contrario in contrarium, ſit ratio contrarietatis in motibus. pa. 34. col. 2. & pag. 36. col. 1.
Infinitum dupliciter diſtinguitur. pagina. 37. col. 2.
Quare de infinito agat in libris de Cœlo Ariſt. ibidem.
An corpus infinitum circulare, habeat cẽtrum. pa. 40. col. 2.
An primus motor aliquod determinatum mobile moueat. pa. 45. col. 2.
An ſi vnum contrariorum finitum ſit, reliquum finitum quoque eſſe oporteat. pagina. 48. col. 2.
An in maiori magnitudine, maior ſit virtus. pa. 52. col. 2.
An impoſsibile ſit fieri, quod non contingit eſſe factum. pa. 56. col. 1.
An rationes Ariſtotelis, quibus probat nullum eſſe infinitum, non ſolùm naturaliter ſed etiã ſupranaturaliter concludant. pa. 64. col. 2.
Cur infinitum non eſſe, iterum his libris Ariſt. demonſtrat. pa. 66. col. 2.
An Ariſt. probauerit quòd ſi plures ſunt mũdi, eiuſdem naturæ neceſſariò ſint. pagina. 68. col. 2.
Cur terræ diuerſorum mundorum, ad vnũ numero medium moueri debeant. pa. 71. col. 2. & pag. 72. col. 1.
Cur grauia atq; leuia, ex propriorum locorum vicinitate maiorem motus velocitatem nanciſcantur. pa. 74. col. 1.
Quomodo probetur vnitas mũdi. pa. 76. col. 2.
An dubitare ſit vtile. pag. 80. col. 1.
Cur Ariſ. probauit non eſſe infinitos mundos.

pag.80. col.2.
An mundus ex omni materia posibili constet. pag.84.col.1.
An posse ab ipso esse differat in perpetuis. pag. 85.col.1.
An quædam conditiones quę ab Arist.tex.100. 1.lib.de Cœlo ponuntur, de aliqua intelligen tia intelligantur.pag. 8 7.col.1.
An Plato & Arist.in mundi vnitate consentiãt. pag.88.col.1.
An Arist.intelligat mundum esse æternũ, quo ad partes etiã corruptibiles. pag.95. col.2. & pag.124. col.1. & pag.133. col.2.& pag. 199. col.1.& pag.204.col.2.
Cur tres sint modi geniti & ingeniti.pa.96. c.2
Cur sic ordinẽtur modi geniti & ingeniti. pag. 97.col.2.
Quare ingenitũ genito anteferrur,cùm è cõuer so corruptibile incorruptibili anteponatur. ibidem.
An rectè definiatur potentia per maximũ quod sic.pag.100.col.1.
Quorsum sic definiatur.ibidem.col. 2.
Quorsum tendant quę Arist. cap.12.1.libri pro ponit.pag.102.col.1,
An potentia simul sit ad oppositа.pag. 103. c.2. & pag.115. col.1.
An infinitum ex altera parte æquipolleat infini to simpliciter.pag.104.col. 2.
An corruptibile necessariò corrumpatur. pag. 105.col.2.
Quare Arist.prolixis & obscuris verbis proba uit,generabile & corruptibile non esse æter na.pag.109.col. 2.
Quomodo cœlum sit alterabile. pag. 117. col.1.
Quot sint,& quę rationes,quibus Arist. mun di ęternitatem probat.pa.118.col.1.
Quot & quę sint rationes,quę mundi ęternita tem improbant.pag.119.col.2.
An rationes quę mundi æternitatem impugnãt, solubiles sint.pag.120. col.1.
An anima æterna secundùm Arist.sit.ibidem.
An Arist.à Platone dissentiat in mundi ęterni tate.pag.124.col.2.
An demonstrauerit Arist.mũdi ęternitatẽ.ibid.
An prima causa liberè agat.pag. 125. col.2.
An Arist.creationem negauerit. pag.127. col1.
An rationes Aristoteleæ, quibus mundi æterni tas probatur, solubiles sint.pag.127.col.2.
An cœlum fatigabile sit. pag. 135. col. 1. & pag. 167.col.2.
An cœlum sit animatũ.pag.143.col.1.
An cœlum suapte naturâ differentias habeat positionum. pag.148. col.2.
Cur plures sint lationes.pag.152.col.2.
Quomodo vnumquodque sit propter suã ope rationem.pag 153. col.1.
Cur ex natura contrarii,partes mundum cõsti tuẽtes colligãtur.pag.153.c.2.& pag.155.c.1.
An cœlum agat in hęc inferiora.pag.155.col.2.
An cessante motu cœli,cessarent generationes. pag.156.col.1.
An cœlum rebus his infernis necessitatem infe rat.pag.157.col. 2.
De numero orbium dubitatur. pag.168.col.1.
An pars lucida & non lucida contrarię sint. pa. 170.col.2.
Vnde plũbũ sagittę motę liquescat. pag.171.c.1.
An lumen & motus, causa sint caloris. ibidem.
De macula Lunę dubitatur pag.175.
An quę mouentur,om nia organis indigeãt. pa. 176.col.2.& pag.184.col.1.
An orbes sint eiusdem speciei.pag.177. col.1.
Quibus causis totũ cœlum animal vocetur.pag. 179.col.1.
An cœli suo motu sonum edant. pag.181. col.2.
An omnes orbes suo motu permanentiã rebus conferant.pag.188. col.2.
An sempiterno,repugnet esse factũ.pag.191.c.1.
An vltimus finis,primũ sit efficiens.ibid. c.2.
An primum mouens,primum mobile immedia tè moueat.pag.192.col. 1.
An duplex sit centrum,magnitudinis & grauitatis.pag.201.col.1.
An ex terra & aqua,vna fiat sphęra.ibidem.
An terra in medio quiescat.pag. 202. col. 2.
An terra sit figurę sphęricę. pag.207. col.1.
Vtrùm terra punctus sit respectu cœli. ibidem.
An mathematica absurda,naturalia etiã corpo ra sequantur. pag.210. col. 2.
An elementa in libris de Cœlo tractari debeãt. pag.225.col. 2.
An elementa naturâ moueantur.pag. 231. col.2.
Quare elementa ad sua loca moueantur.pa. 232 col.1.tex. 22.per totum.& pa.235.col.1.
An vnũ elemẽtũ locus sit alterius. pa.235.col.2.
An mobilia in omni specie motus ab intrinseco principio moueantur.pag.236.col.2 per to tam expositionem.tex.24.
An grauia & leuia talia sint extra suum locum. pag.238.col.1.
Grauia & leuia à quo moueantur. ibid. col.2.
Dubitatur de exẽplo vtris inflati. pag. 248. c.2.
An elementorum numerus quaternarius sit. pag.252.col. 2.
An ignis sit ponendus. pag.253. col.2.
An grauitates grauiũ,similiter & leuitates leuiũ, specie differant.pag. 256. col.1.

FINIS.

INDEX LOCVPLETIS

SIMVS: EX QVO QVICQVID EST EMOLV-

menti in his scholijs,modica opera elucebit. In quo primus numerus pa- ginam, secundus columnam indicat.

A.

ACcidentia, non solùm propria, verùm etiam communia cõferunt ad cogni tionem quod quid est,pag.10.col.1.
Accidentia quædam in anima intellectiua po nuntur,pag.36.col.1.
Accidentia prętrita relinquunt vestigia in materia,pag.35.col.2.
Accidentia conseruantia formam, cum ipsa cõproducuntur,ibidem.
Per accidẽs,& per se necessariò opponũtur, pag. 40.col.2.
Accidentia primò sunt in toto,deinde in ma teria,pag 36.col.1.
Accidẽtia subiectũ sequũtur,pag.37.col.1.
Accidẽtia vnum numero sunt cum suo sub= iecto,pag. 43.col.2.
Per accidens res est ex ente in actu, pag. 42. columna.2.
Accidẽs nõ est ens,sed entis ens,pag.18,co.2
Accidens quadrifariam corrumpitur, & ge neratur,pag.37.col.1.
Quæ sunt per accidens, arti non conueniũt, pag.121.
¶Actio principaliter à similitudine proma nat,pag.64.col.2.
In actione & passione ad materiam & formã inspiciendum est,pag.65.col.1.
Actio & passio sunt idẽ motus,pag.65.co.2
Actionis ratio est cõtrarietas,pag.118.col.2.
¶Actus est prior potentiâ simpliciter, quan uis in eodẽ prior sit potẽtia, pag.2. col.2.
Actu & potẽtiâ secũdùm diuersas qualitates idem esse potest,pag.122.col.2.
Actus actiuorum sunt iuxta patientis dispo sitionem,pag.73.col.2.
¶Acquisitio quãritaris quæ fit in rei genera tione,nõ est augmentatio,pag. 44.col.1.
¶Aëris illuminatio fit in instanti,pagina.29. columna.2.
¶Agere & pati reducuntur ad alterationem, pag. 2.col.1.
Agens intendit sibi assimilare passum, pagi. 64.col.2.
Agens primum & vltimum est,neq; fit pro gressus in immensum,pag.66.col.1.
Agens non communicans in materia,nõ pa titur,ibidem.
Agens omne tale actu est,quale tale in po tentia,pag.73.col.1.
Agens debet tangere passum:nam à remo= to neque actio, neque passio fit,pag.87. columna.2.
Agens contrario euicto,reducit se ad pristi num vigorem,pag.87.
Agentia sphæraliter agunt, pagina. 86.co lumna.1.
¶Alexander & Auicennas dixerunt, gene rationem esse omnino ad extrà, pagina.25 columna.2.
Alexander carpitur in formis substantiali bus elementorum, pagina. 113. colu mna.2.
¶Albertus Magnus reprehẽditur in forma rum inchoatione,pag.26.col.1.
¶Alteratio ordinatur in generationem,pag. 28.col.2.
Alteratio quid,pag 28.
Alterationis finis extrinsecus est generatio, ibidem,col.2.
Alteratio quare vocetur ab Arist. generatio, pag.35.col.2.
Alterario est continuus motus,pag.80.col.1.
¶Alimentum sumitur in partibus non poro sis,pag.55.col.2.
Alimentũ,an corpus, an vtrunq; augeatur, pag.47.col.2.
Alimentum in auctione definit per primum non esse,pag.56.col.1.
Alimentum simile in potentia, dissimile in actu,pag.50.col.2.
Alimentum ad materiam spectat, pagi. 136. columna.2.
¶Anaxagoras generationem ab alteratione non distinguit,pag 5.
Anaxagoras ab Empedocle differt, ibidem.
Anaxagoras nihil de generatione elemẽto rum,de augmẽtatione,vel alteratione de terminauit,pag.9.col.2.

Anaxagoras per generationem res apparere, per corruptionem in chaos vocari dixit, pag. 16. col. 2.
Anaxagoras generationem posuit ad intrà, propter formæ manifestationem, pag. 25. columna. 1.
Anaxagoras non fieri ex priuatione rem dicebat, ibidem.
Anaxagoram & Anaximandrum carpit in mixtione, pag. 92. col. 1.
Anaxagoræ modum de mixtione reiicit, pagina. 93. col. 2.
¶Annihilationem non esse posibilem viribus naturæ, quatuor rationibus probat, pag. 14. col. 2.
¶Anima est terminus Dei & hominis, pagi. 34. col. 1.
Anima neq; est corporea, neq; ex elementis constat, pag. 132. col. 1.
¶Animal quandiu viuit, nutritur, pag. 57. columna. 2.
¶Antiqui omnes, vnum subiectum transmutationis posuerunt, pagina. 12. columna. 2.
Antiqui philosophi, ob imperitiam disputandi, in magnos lapsi sunt errores, ibidem.
Antiqui quare vnum principium materiale in actu posuerunt, ibidem.
Antiquorũ quare recenseat opiniones Arist. pag. 114. col. 1.
Antiqui philosophi, corruptionẽ esse quod sub sensum non cadit, dicebant: quod cadit, generationem, pag. 19. col. 2.
Antiqui existimarunt, aliquo modo esse formam in potentia materiæ, pagina. 26. columna. 1.
Antiqui rectè de augmentatione dicebant, pag. 51. col. 2.
Antiqui dicebant, quòd simile à simili nõ patitur, sed à dissimili, pagina. 63. columna. 1.
Antiqui distinctiones ignorarunt, pag. 65. columna. 1.
Antiqui in elementorum mutua generatione refelluntur, pag. 118. col. 2.
Antiqui omnes, efficiẽs principium quodámodo dixerunt esse, pagina. 139. columna. 2.
¶Appetitus materiæ nascitur ex potẽtia materię, pag. 17. col. 1.
Appetitus dicit ordinem ad finem, potentia ad effectum, ibidem, col. 2.
¶Aptitudo ad formam, est proportio ad formam: neque est forma, neque aliquid formæ, pag. 26. col. 1.
¶Aqua à generante reducitur ad pristinã frigiditatem, pag. 84. col. 1.
Aqua calida reducitur ad frigiditatem, non à seipsa, sed à generante, pagina. 88. columna. 2.
Aqua quare magis quàm aër humectet, pag. 116. col. 2.
¶Arist. existimat rerum substantias æternas esse, pag. 3. col. 1.
In Arist. enodando, quid intendat, quid antecedat, quid sequatur, spectandum est, pag. 88. col. 1.
Arist. ex ignorantia veterum, suę disciplinæ viam sternit, pag. 12. col. 2.
Arist. ex Antiquorũ erroribus similitudinẽ adducit, pag. 19. col. 2.
Arist. in fundamentis Antiquorum suã fundat sententiam, pag 19. col. 2.
Arist. ex aliorum erratis, veritatem inquirit, pag. 21. col. 2.
Arist. totum motum generationis & alterationis, generationẽ appellat, pag. 29. col. 2.
Aristotelis contradictio diluitur, pag. 47. & 48. per totum textum.
Arist. cum Antiquis in tribus conuenit. pagina. 114. col. 1.
Arist. in elementorum transmutatione loquitur de primis qualitatib⁹, pag. 121. col. 1
Arist. quid per vltima elementa intelligat, pagina. 128. col. 2.
Aristoteli cõsonum est, qualitates symbolas eiusdem speciei esse, pag. 128. col. 2.
Arist. de qualitatibus loquitur, vt principia formalia sunt elementorũ, pag. 129. col. 1.
Aristotelis sententia de modo intensionis, pag. 80. col. 1.
¶Ars in modum naturæ substantiam transmutat, pag. 10. col. 1.
Ars manifestat naturę secretissima opera, pagina. 25. col. 2.
Ars imitatur naturam, pag. 140. col. 2.
¶Asperum & lene positiones sunt, potiùs quàm qualitates, pag. 110. col. 1.
¶Auctio assimilatur mixtioni, & alterationi, pag. 51. col. 2.
Auctionis sex conditiones, pag. 49. col. 1.
Auctio fit, augente & aucto simul existentibus, ibidem.
Auctio conuenit cum cæteris motibus, pagina. 38. col. 2.
Auctio fit aliquo adueniente, pagina. 44. columna. 2.

Auctio non fit simul cum generatione, pag. 45. col. 2.
Quod augetur in sua forma, secundùm esse & rationem manet idem. pag. 54.
Auctio & alteratio differunt, & communicant, pag. 47. & 48.
Aucti quęlibet pars est aucta, & diminuti diminuta, pagina. 43. & pagina. 54. columna. 2.
¶Augmentatio & alteratio sunt naturales motus, ad generationem ordinati, pagina. 5. col. 2.
Quæ augmentatio ab Arist. consideretur, pagina. 38. col. 2.
Augmentatio neque est motus localis, neq; alteratio, neq; mutatio substantiæ, neque omnes simul, pag. 53. col. 2.
Augmentatio quomodo fiat, pagina. 54. columna. 1.
Augmentatio fit aliquo adueniente, ibidẽ.
Augmentatio fit secundùm formam & partes formales, ibidem, col. 2.
Augmentatio non fit secundum materiam, ibidem.
In augmentatione eadem forma perseuerat, non in generatione, pag. 52. col. 1.
Augmentatio quare est motus, & cõtinuus, pag. 57. col. 1.
In augmentatione necessariò requiritur materia quanta in actu, pag. 52.
Augmentationis subiectum est quantitas, pag 52. col. 2.
Augmentatio an sit motus continuus, pagi. 56. col. 1.
Augmentatio qualis sit, pag. 53.
Augmentatio multis modis vsurpatur, pag. 38. col. 2.
Augmentatio quid sit, per omne genus causæ exprimitur, ibidem, pagina. 39. columna. 1.
Augmentatio non fit per appositionem alimenti, ibidem.
Augmẽtatio quo pacto differat à cæteris motibus, ibidem.
Augmentatio est mutatio à contrario in cõtrarium, pag. 43. col. 2.
Augmentatio quid, pag. 44. col. 1.
Augmentatio non fit per rarefactionem nec per condensationem, pag. 45. col. 2.
Augmentatio à generatione differt, pag. 46 columna. 2.
Augmentatio fit per intussumptionẽ proprii alimenti, ibidem.
Augmẽtationis motus nõ est violẽtus, ibid.
Augmentationis principium est in re aucta, pag. 47. col. 2.
Augmentatio est motus continuus, pag. 81. columna. 1.
¶Auerroës reprehenditur, in eo quòd posuit dimensiones ex parte materiæ, pagi. 36. col. 1.
Auerroës manere elementa in mixto dixit secundum formarum remissionem: quæ sententia refellitur, pag. 98. col. 2.
¶Auicennas putat, quiditatem non esse solam formam, pag. 49. col. 1.
Auicennas manere elementa in mixto secundum essentiam affirmabat: quæ sentẽtia confutatur, pag. 98. col. 1.
Auicennas & Auerroës carpuntur, eo quòd ponũt virtuales qualitates, pag. 111. col. 1.
Auicennas reprehenditur, in qualitatum cõstitutione, pag. 134. col. 1.

B.

BVridanus carpitur in modo auctionis, pag. 55. col. 2.

C.

CAliditas & frigiditas, actiuæ qualitates sunt: humor & siccitas, resistiuę, pag. 85. col. 2.
Calidum quid, pag 107. col. 2.
Calidum & siccum, ignem constituunt, pagina. 113.
Calidum & humidum aërem constituunt, ibidem.
¶Calor, vt mixtorum, non diuiditur in febrilem & naturalem, pag 129. col. 2.
Calor febrilis quid, ibidem.
Calorem aliqui falsò in cœlestem, elemẽtarẽ, virtualem, & intentionalẽ separant, ibidem, col. 1.
Calor ex accidenti corrumpit seipsum, pagi. 57. col. 1.
¶Cardanus ignem negat, pagina. 114. columna. 2.
¶Causa efficiens & materialis, tempore antecedunt & præexistunt, pag. 16. col. 2.
Causa est duplex, pag. 67. col. 1.
Causa naturalis, & libera, quid sit, pag. 147. col. 2.
Causa immediata est duplex, pagina. 141. columna. 1.
Causa prima putanda est, vnde motus principium existit, pag. 90. col. 1.

¶Cœlorum cognitio difficilis est, pagi. 20. columna.1.
In cœlo forma & species omnium consistit, pag.89.col.2.
Cœlum non habet materiam eiusdem rationis cum materia horum inferiorum, pagina.66.col.2.
Cœlum actu omnia inferiora continet, pag. 73.col.2.
Cœlum est forma vniuersalis, pagina. 97. columna.2.
Cœlestes affectiones sunt extra ordinem totius contrarietatis, pag.110.col.2.
Cœlum est agens consumans omnem actionem, pag.121.&.122.
Cœlum est agens vniuersale & æquiuocum, ibidem.
Cœlum absolutè & simpliciter prius omnibus corporibus est, pag.126.col.1.
Cœlum cum sua intelligentia vnum est, pagina.151.col.2.
Cœlum cum intelligentia & motu sunt causæ subordinatę, ibidem.
Cœli latio est causa quòd elementa ad generationem transmutentur, pagina.145 columna.1.
Cœlum est omnium efficiẽs principium primum, ibidem.
Cœli motus, mensura, tempus, & vita dicitur, pag.143.col.2.
Cœlum virtute sua vires omnium elementorum gerit, pag.137.col.1.
¶Cibi in ore attritio, neque alteratio, neque digestio est, pag.54.col.1.
¶Circularem lationem omnia conantur imitari, pag.144.col.2.
¶Cognoscitur nil, nisi quod est in actu, pagina.13.
¶Cõpositum naturale per partes naturales definitur, pag.24.col.2.
Compositum substantiale per partes metaphysicas definitur, ibidem.
Compositum est quod per se generatur, pagina.22.col.1.
¶Commentator reprehenditur, quòd forma non sit tota quiditas, pagina. 24.columna.1.
Continuum in seipsum agere non potest, pag.73.
¶Contraria operantur circa idem subiectũ, pag.23.col.1.
Contraria sunt eiusdem potentiæ, ibidem.
Contraria se compatiuntur in gradibus remissis, pag.21.col.1.& pag.81.col.1.
Contraria sunt in eodem genere, pagi. 64. columna.2.
Contrarietas secundũ se ex formis nascitur, pag.83.col.2.
Contrarietatem in vnoquoque genere esse vnam, quomodo intelligatur, pagina.110. columna.2.
Cõtraria actiua & passiua miscẽtur, pag.95.
Contrarietates tangibiles quę sint, pag.107. columna.1.
Contrarię qualitates simul esse possunt, pagina.113.
Contrariorum est proprium ex se inuicem generari, pag.118.col.1.
Contrariorum effectuum cõtrariæ sunt causę, pag.143.col.1.
Corpora cœlestia sunt æterna, ratione speciei & indiuidui, pagina.1.col.1.
Corpus quod fuit in corrupto, non est in genito, pag.32.
Corpus omne qualibet parte diuisibile est: nõ tamẽ actu, sed potentiâ, pag.10.col.1.
Corpus vnum in potentia ponendum est præter quatuor corpora simplicia, ex quo omnia fiant, pagina.125. col.1.
Corpus substantiale, & quantum corpus, idem est, pag.43.col.2.
Corpus substantiale in loco alterius corporis esse non potest, pagina.45. col.1.
Corpus non est indiuisibile, aduersus Democritum, pag.74.col.2.
Corpora simplicia tantùm quatuor possibilia sunt, pag.114.
¶Corpus Christi mortui fuisset idem cũ viuo, si hostia in triduo consecraretur, pagina.33.col.1.
¶Corruptionem esse naturalem, quinque rationibus demonstratur, pagina.2. col.2.
Corruptio definit in materia cum formę retributione, pag.17.col.1.
Corruptum est extrinsecum principiũ per accidens, pag.22.col.1.
Corruptibilia, minimè eadem numero per naturam redire possunt, pag.151.col.1.
Crassum, & aridum, & durum ad siccum reducuntur, pag.109.col.1.

D.

DEmocritũ laudat Arist. pag.10.col.1.
Democritus rationabiliorẽ quàm Plato habuit sententiã, ibidẽ, pag.10.
Democritus magis quàm Plato in naturâ cõstantibus insudauerat, ibidem.
Democritus tribus rationibus probat, quòd omnia sint ex atomis, ibidem.
Democritus simile à simili pati dixit, pag.63 col.1.
Democritus refellitur, pag.140 col.1.
Democriti & Leucippi opinio de actione & passione, pag.72.col.1.
¶Denominatio fit ab eo quod prœualet in qualitate, pag.83.col.2.
¶Deus est impassibilis, & immobilis, pagina 66.columna.1.
¶Differentiæ sumptæ in ordine ad aliquod extraneum, plus & minus suscipiunt, pagina.80.col.1.
¶Disciplina quomodo traditur, pagina. 1. columna.1.
¶Dissimilia augescũt, cùm similaria crescũt pag.49.col.1.
¶Dissymbola elementa difficilius transmutantur, pag.119.& pag.122. col.2.
Dissymbola sunt materialis causa, respectu elementi tertii geniti, pag.121.
¶Dubitatio mentem erigit ad veritatis inquisitionem, pag.12.col.2.
¶Durum quid sit, pag.109.col.1.

E.

¶Educi de potentia materiæ, est fieri in ipso toto, pag.25.col.2.
¶Effectus velocitas attenditur ex causa, atq; proportione maioris inæqualitatis, pagi. 123.col.1.
Effectus causę similitudinem præsefert, pag. 105.col.2.
¶Egidius carpitur circa generationem, pag. 25. col. 2.
Egidius carpitur in modo auctionis, pagi. 55. columna.2.
¶Elementa in ratione speciei sunt æterna, in ratione partium nonnunquam pereunt, pag.1.col.1.
Elementum vnũ ex altero, ab extrinseco aliquando non generatur, pag.121.
Elementa mixtum intendunt per se secũdò generare, pag.97.col.2.
Elementa propriâ naturâ ad mixtionẽ ordinantur, ibidem.
Eleméta certiùs libris de Cœlo, quàm in his considerantur, pag.105.col.2.
Elementum quid, pag.99.co.1.
Elementa quomodo maneãt, virtute an formâ in mixto, ibidem.
Elementorũ dominio varias generari formas, pagina.33.columna.1.
Elementa in mixtione actu non manent, pagina.100.
Elementa quatuor ex duabus fiunt contrarietatibus, pag.113.
Elementa à mixto non separantur, veluti à cumulo lapides, ibidem, pagina.101.columna.2.
Elementa sunt prima corpora in genere corruptibilium, pagina.125.colũna.1. &. 126. columna.1.
Elementa fiunt ex materia, pagina. 105. columna.2.
Elementa non sunt simplices actus, aut pura potentia, ibidem.
Elementum simplex non nutrit, pagi. 137. columna.1.
Eleméta si ad vniuersum referantur, passiua sunt omnia, pag.108. col.1.
Elementa dupliciter accipiuntur, ibidem.
Elementa nõ sunt infinita, nec duo, nec tria, pag.128.col.1.
Elementa bifariam considerantur, pag. 115. columna.2.
Elementa oportet duplici qualitate prædita esse, ibidem.
Elementum non sibi vendicat duas qualitates æquè primò, ibidem.
Elementi natura quatuor requirit, pagi. 99. columna.2.
Elementa ex se inuicem transmutantur, pag. 118.col.1.
Elementorum generatio est circularis, pagi. 119.col.1.
Elementum tertium quando ex duobus dissymbolis fit, duo corrũpuntur: at quando symbolum ex symbolo, vnũ interit, pag.122.col.1.
Elementa quadrifariam ad actionem copulantur, pag.120.col.2.
Elementum quartum non fit ex tribus, pagina. 121.
Ex duobus dissymbolis tertium generatur, ibidem.
Elementorum symbolorum facilior transitus, ob naturæ similitudinem euenit, pag. 122. col.2.
Elementa quodammodo sunt contraria, pagina.136.col.2.
Elementa ex motu cœli motum habent atque temperiem, pagina.89.col.2.
¶Empedocles plura principia posuit, pag.6. columna.1.
Empedocles ex elementis generari mixta di

xit,& elemẽta non ex se inuicem,ibidem.
Empedocles misceri elementa asserit, per cõ positionem & iuxtapositionem, pag.133. columna.2.
Empedocles in augmẽratione, generatione, & motu errat,pag.131.&.132.
¶Ens mobile ad ens generabile extenditur, pag.2.col.1.
Ens mobile idem est,quod ens transmutabile,ibidem.
Ens mobile,& non corpus mobile,est subiectum in libris de Auditu Physico, ibidẽ, pag.3.col.1.
Ens & non ens, per sensibile & insensibile antiqui philosophi secernunt,pag.19. col.2.
Ex non ente simpliciter nihil fit,pag.13.
Non ens dupliciter negat,pag.14.col.1.
Non ens ab actu non separatur, pagina.25. columna.1.
¶Esse & non esse,termini generationis, pagina.14.
Esse materię per formam est, pagina.25. columna.1.
Esse substantię in indiuisibili consistit, pag. 26.col 2.
Esse secundum quid,presupponit esse simpliciter,pag.34.col.1.
Esse substantiale priùs recipitur in materia, quàm accidentale,pag.35.
Esse res naturales dicuntur,non quòd fluant & decidantur ab agente,sed quòd deducantur de potentia materiæ, pagina.25. columna.2.
¶Exhalatio substantialiter est terra, vapor substantialiter aqua,pag.122.col.1.

F

FInis & efficiẽs,extrinseca sunt principia, tamen necessaria & per se,pag.22.col.1
Finis est causa metaphorica,&agit per trãslationem,pag.67.col.2.
¶Fontes quomodo generantur, pagi.120. columna.2.
¶Forma quæ generatur,per præcedentẽ motum localem comparatur, pag.2.col.2.
Forma vt est terminus motus, posterior est motu,ibidem.
Forma neq; materia non generantur, pag.9. columna.2.
Forma & finis sunt simul cum re,pagina.16. columna.2.
Forma & finis non dicuntur propriè causa,q generationes semper sint,ibidem.
Forma non creatur,quia fit in supposita materia, pag.26.col.2.
Forma corrumpenda desinit per primũ non esse,inducenda incipit per primum sui esse,pag.20.col.2.
Formæ elementorũ symbolorum sunt similiores,pag.123.col.2.
Forma recipitur in materia diuisa, pagi.36. columna.1.
Forma est primus & immediatus actus materię,ibidem.
Forma semper inducitur in materia dispositam,pag.35 col.2.
Forma accidentalis post substantialem immediatè recipitur, ibidem,col.1.
Forma secundum rem vna, plures est ratione,pagina.32.columna.2. & pagina.43. columna.2.
Forma corporeitatis per se est incorruptibilis,pag.33.col.2.
Forma cadaueris vnius est rationis, ibidem.
Forma rationalis,ratione eminentiæ omnes formas continet,atque est media inter omnes,ibidem.
Forma corporeitatis non est ex parte materiæ,pag.31.col 2.
Forma viuentis in eadem parte materię hæret,pag.25.&.26.
Formis nõ repugnat quadantenus per subiectum migrare,pag.55.col.1.
Formæ purè materiales subiecto immergũtur,spirituales separantur,medię vtroque extremo participant, ibidem pagina.55. columna.1.
Forma per se tertio modo augetur,pagi.50. columna.2.
Forma corporeitatis est fictitia,pagina.46. columna.1.
Formę à materia cogitatione separantur,pagina.67.col.2.
Formæ elementorum neque intenduntur, neque remittuntur,pag.77.col.1.
Forma substantialis, in diuersa materiæ parte successiuè acquiritur,ibidem.
Forma substantialis nunquam imperfectè actuat materiam,ibidem.
Forma substantialis & accidentalis,quo pacto differant,pagina.76.col.2.
Forma & figura,intensionis non sunt capaces,pag.78.col.1.
Formæ substantiales in eadem materia simul non sunt,pagina.81.columna.2.&pagina.32.col.1.

Formæ

Formæ contrariæ possunt esse simul & quomodo, pag.82.
Forma media omnia elementa virtute continet,pag.100.col 2.
Forma est cuius gratia omnia fiunt,pag.139. col.1.
Formale est quod continet,pag.137.col.1.
Formę accidentales diuisibiles sunt gradualiter,pag.134.col.2.
Forma media inter formas elementorũ est vna,ibidem.
Frigidum quid,pag.107.col.2.
Frigidum & siccum,terram constituunt,pagina.113.
Frigiditas minùs resistit, humiditas in aquâ magis passiua est,pag.85.
Frigiditas in aqua est causa densitatis,pag.116 columna.2.
¶Fumus ex siccitate & humiditate fit, pagina.120.col.2.

G.

GEnerationem fieri antiqui dicebant per congregationem & disgregationem, pag.5.
De generatione & mixtione, exactè Arist. considerat,pag.101.col.2.
Generatio naturâ cõstans, tantùm ab Arist. consideratur,pag.2.col.2.
Quod generatur,recipit esse simpliciter,pagina 18.
Generatio est propter materiam,pagina.16. col 2.
Generatio incipit,vbi desinit corruptio, pagina.21.col.2.
Generatio perfecta est totius in totum mutatio,pag.28.col.2.
Generatio ab alteratione duplici ratione differt,ibidem.
Generationũ series effectiuè à superioribus est,pag.21.col.1.
Generatio est à materia in materiã exclusiuè,& corruptio similiter,pag.14.col.2.
Generatio posterioris quomodo inferat prioris generationẽ,&è contrà,pag.148.col.2.
Generationes quare sunt sẽper,pag.16.col.2
Generatio continua continuitatẽ formæ,nõ diffinitur ab Arist.ibidem.
Generatio vnius est corruptio alterius, pag. 17.col.2.& pag.22.col.1.
In generatione secundum quid, non semper generatio vnius est corruptio alteri⁹, pag.26.col.2.
Generatione secundum quid,res incipit esse secundum accidens,pag.18.col.2.
Generatio simpliciter & secundum quid ratione terminorum differũt,ibidem & pagina.20.col.2.
Generatio est mutatio non motus,pag.26. columna.2.
Generatio ab Arist.quomodo motus appelletur, pagina,29.col.2.
Generatio simplex est ex materia,pag.25.
Generationes omnes non sunt eiusdem rationis,pag.16.col.1.
Generatio & corruptio eadem est actio,ratione diuersa,pag.22.col.1.
Generatio & corruptio diuersorum nõ sunt opposita,ibidem.
In primo instanti generationis, omnes operationes generanti debentur,pag.57.columna.2.
Generationis ab alteratione differentia copiosissimè traditur,pag 28.&.29.
Generatio ex Aristotele quid sit,ibidem.
Generationum series & corruptionum perpetua est,pag.143.
Generatio fit seorsum semper, augmentatio in alio,pag.51.col.2.
Generatio propter quid sit,nihil certum ab antiquis est definitum,pagina.7.& pag.9
Generatio est mutatio de contradictorio in contradictorium,pag.43.col.2.
¶De generabili & corruptibili, est scientia, pag.3.col.1.
¶Genus non est de essentia rei, pagina.14. columna.2.
Genus non est de essentia rei, abstractũ abstractione præcisiua,pag.24.col.2.
¶Gradus præexistẽs tritariam alteri additur, pag.78.col.2.
¶Grauia & leuia non mouentur à se,pag.88. columna.2.
Grauitas & leuitas non sunt actiuæ nec passiuæ,pag.107.col.2.
Grauitas & leuitas non sunt elementorum formę substantiales,pag.113 col.2.
Grauitas &leuitas,grauium & leuiũ differũt specie,pag.115.col.1.

H.

HAbitus & priuatio sunt nata fieri circa idem,pag.13.col.2.
Habitus & priuatio rationẽ perfecti & imperfecti sortiuntur,pag.19.col.1.
Habitus & priuatio nõ intẽduntur,pag.80.

¶Homo fit aut corrumpitur, non anima, pagina. 21. col. 2.
Homo propriè generat hominẽ, pag. 34. co. 1
¶Humida sunt maximè miscibilia, pag. 92. columna. 2.
Humida terminantur bene termino alieno, ibidem.
Humidum quid, pag. 107. col. 2.
Humidum & siccum multis modis dicũtur, pag. 110. col. 1.
Humiditas habet vim continendi atq; coërcendi, pag. 136. col. 1.

I.

IDem in quantum idem, semper est natum facere idem, pag. 143. col. 1.
¶Idææ Platonis sunt omnino relegandæ, pag. 139. col. 2.
¶Ignis, ens est ab antiquis dictus: terra non ens, pag. 18. col. 2.
Ignis in quãtũ ignis, actiu⁹ nõ est, pag. 81. co. 2
Ignis propter maximam raritatem idoneus non est vt frigescat, pag. 88. col. 1.
Ignis via perfectionis præstat cæteris elemẽtis, pag. 137. col. 1.
Ignis est perfectissimus & formalis, pag. 140 columna. 2.
Ignem nutriri nõ dixit Arist. ex propria sententia, pag. 136. col. 2.
Ignis est nutritionis principium, ibidem.
¶Inanimatorũ perfectio in quiete est, pag. 51. col. 2. & pag. 52. col. 1.
¶Indiuidua sunt ab arte aliena, pag. 3. col. 1.
¶Indiuisilia physica propriè passibilia sunt, pagina. 76. col. 2.
Indiuisibilia mathematica, per accidens alterantur, ibidem.
¶Infinitum nõ pertransitur, neq; cognoscitur, pag. 128. col. 2.
Non abitur in infinitũ secũdũ rectũ, ibid.
Infinitum ex infinitis in potẽtia non fit, pag. 80. col. 2.
¶Influentia cœlestis, an sit distincta à motu, pag. 110. col. 2.
¶Inferiora indigẽt superiori agente, pag. 139
¶Immediatum agens, in agendo repatitur, pag. 66. col. 2. & pag. 84.
¶Innaturale est, contra inauditam partẽ sententiam ferre, pag. 9. col. 2.
¶Intensio est atq; remissio, pag. 76. col. 1.
Intensio quid, ibidem.
Intensio est in qualitatibus, non in subiectis, ibidem.
Inter intensionem & auctionem quid cõueniat, & quid intersit, ibidem, col. 2.
Intensio qualitatibus competit, ratione subiecti in quo sunt, pag. 77. col. 2.
Intensio per quos gradus fiat, pag. 79. col. 1.
Intensio ab auctione, condensatione, & rarefactione, quomodo differat, pag. 79. col. 2
Intensio & alteratio, ratione differũt, pag. 80. col. 1.
¶Iuxtapositio non est mixtio, sed iuuat mixtionem, pag. 95. col. 2.

L.

LAtitudo formarum est triplex, pag. 76. col. 1.
¶Lenea ad humidum, asperum ad siccum referuntur. pag. 110.
¶Libro secũdo Posterioris Analyseos de secundo modo sciẽdi, qui est per diffinitionem, agitur, pag. 5. col. 1.
Liber de Generatione est tertius ordine, pagina. 1. col. 2.
Librorum de Generatione, ad libros de Cœlo continuatio, pag. 1.
Liber iste quare de Generatione vocetur, pag. 2. col. 1.
¶Lienteria morbus quid sit, pag. 57. col. 2.
¶Linea quomodo sit ex pũctis, pag. 10. co. 2.
¶Lis & amicitia, efficientia principia, pag. 5. col. 2.
¶Lumen est forma positiua, pag. 55. col. 2.
¶Lux est principium essendi aëris, vt diaphanus est, pag. 114. col. 1.

M.

MAdens quid, pag. 110. col. 1.
¶Materia nõ est corpus mobile, est tamen ens mobile & transmutabile, pag. 3. col. 1.
Materia contrariis subiicitur, pag. 5. col. 2.
Materia est vna specie, non positiuè, sed negatiuè, pag. 6. col. 2.
Materia secunda rerum artificialium externo solùm aspectu variatur, ibidem.
Materia quomodo componat rem naturalẽ, pag. 10. col. 2.
Materia est primum principium via corruptionis, & vltimũ via resolutionis, pag. 9. columna. 1.
Materia ex transmutatione inuestigatur, pagina. 12. col. 2.
Materia non mouetur, ibidem, col. 2.

Materia

Materia & forma non sunt partes integrales totius, sed essentiales, ibidem, pag. 10. columna. 2.
Materia in genere causę materialis priùs naturâ componit, quàm sit, ibidem.
Materia medium quoddam inter ens, & non ens, pag. 25. col. 1.
Materia est finus atq; subiectum omniũ trãsmutationũ: quod quinq; rationibus probatur, pag. 12. col. 2.
Materia est cognoscibilis per analogiam ad formam, ibidem, pag. 13. col. 1.
Materiæ natura quid sit, ibidem, col. 2.
Materia est primũ principium vniuscuiusq;, ex quo fit aliquid, ibidem.
Materia est ingenerabilis, & incorruptibilis, & pura potentia, pag, 17. col. 1.
Materia nõ potest duas habere formas: atq; ex eius potentia monstratur generationis series, ibidem.
Materia non est elementum, pag. 25. col. 1. & pag. 40.
Materia non est ens, ibidem.
Materia & efficiens, solùm ponuntur ad cõtinuam generationem, ibidem.
Materia nullius est actiuitatis, ibidem.
Materia est substantia, ibidem.
Materia communis indiuidualis, extra rei essentiam est, pag. 24.
Materia communis ab Arist. ignota, ibidem.
Materia remota eadem est subiectiuè, proxima non est eadem in omnibus naturâ constantibus, pag. 23. col. 1.
Materia incorruptibilium eadem est secundùm numerum, ibidem.
Materia neq; quid, neq; quantum, neq; quale, ibidem.
Materia prima est immediatũ generationis subiectum, pag. 22. col. 1.
Materia est primum subiectum, in transmutando necessarium, pag. 28. col. 2.
Materia negatione monstratur & non affirmatione, pag. 29. col. 1.
Materia est subiectum subiectorum, & non est capax accidentium, pag. 31. col. 1.
Materia mutationum omnium subiectum est aliquo modo, pag. 34. col. 2.
Materia aliquo ordine appetit formas, ibidẽ.
Materia est pars quiditatis, ex sententia Aristo, pag. 40. & pag. 23.
Materia per accidens est in mundo & in loco, pag. 40. col. 2.
Materiam separatam Pythagorici ponebant ibidem.
Materia si separatur, secũdùm esse distinguitur ex Arist. sententia, ibidem.
Materia non est separata à physicis corporibus secundum locum, pag. 40.
Materia nõ est separata secundũ esse, pag. 41
Materia ex se nullum habet actum transmutabilem, ibidem.
Materia nõ existit sine loco atq; passionibus, ibidem.
Materia auctionis inuestigatur per materiã generationis, pag. 41. col. 2.
Materia non est linea, neq; superficies, neque indiuisibile aliquod, pag. 42. col. 1.
Materia non terminat, sed terminatur, ibidẽ.
Materia augmentationis non separatur à forma, neq; à magnitudine, pag. 42. col. 2.
Materia augmentationis & alterationis est vna, pag. 43.
Materia prima est subiectum corporis substantialis, ibidem, col. 2.
Materia augmentationis est actu corpus, & formata, ibidem, pag. 44. col. 1.
Materia est principium passionis, pag. 66. columna. 2.
Materia est instar generationis, atq; est vna contrariorum, ibidem.
Materia secunda corrumpitur, non prima, pag. 92. col. 1.
Materia & forma sunt in vno supposito, nõ tamen vt miscibilia, pag. 95. col. 2.
Materia est vna omnium corporum sensibilium, pag. 105. col. 2.
Materia est elementum, pag. 106. col. 1.
Materiam Antiqui elementum esse dixerũt, & ens actu, pag. 125.
Materia prima non habet eandem denominationem cum eo ex quo fit, materia secũda habet, ibidem, col. 2.
Materia cœli & horum inferiorum est genere eadem, pag. 139. col. 1.
Materia est causa generationis & corruptionis ibidem.
Materiâ constant cœlestia corpora, ibidem.
¶Marsilius in modo auctionis carpitur, pag. 55. col. 2.
¶Medium elementorum non est materia elementorum, pag. 126.
Medium est multiplex, pag. 134. col. 1.
¶Melissi opinio de actione & passione, pagina. 72.
Melissus principium infinitum posuit materiale, pag. 16. col. 2.
¶Methodus quid, pag. 1. col. 1.
Methodus per communia capita ad singulas

res descendit, ibidem.
Methodus totius philosophiæ naturalis est aptissima, pag. 1.
¶Minimè miscentur, quæ in actione & passione non commensurantur, pagina. 96. columna. 2.
¶Miscibilia non secundum minima iuxtapo nuntur, pag. 100. col. 1.
Miscibilia in potentia manent, pagina. 92. columna. 2.
Miscibilia in vnum mediũ descendunt, neutrum tamen in alterum corrumpitur, pagina. 89.
¶Mixtio reducitur ad generationem, pag. 2. columna. 1.
Mixtionis quatuor quæstiones versat Arist. pag. 91. col. 1.
Mixtio non est iuxtapositio minimorum, pagina. 92. col. 2.
Mixtio non est secundum parua, ibidem.
Mixtio eorum non est, quę adinuicem actiua & passiua non sunt, pag. 94. col. 1.
Mixtio fit eorum, quę sunt proportionata magnitudine & multitudine, pagina. 94 columna. 2.
Mixtio fit eorum quę sunt proportionabilia secundum potentias, pag. 95. col. 1.
Mixtio facilius fit ex paruis quàm ex magnis, ibidem.
Mixtio quid, pag. 96. col. 2. & pag. 100. col. 2.
Mixtio est naturalis, pag. 97.
Mixtio an sit, ibidem.
Mixtio non est corruptio, sed potius alteratio. pag. 100.
¶Mixta variantur ex varia elementorũ temperatura, pag. 115. col. 2.
Mixtum in elementũ facilè dissoluitur, & faciliùs quàm vnum elementum in alterũ, pag. 123. col. 2.
Mixta imperfecta potiùs elemẽta, quàm mixta dicuntur, pag. 137. col. 1.
Mixta omnia ex simplicibus corporibus cõstant, pag. 136. col. 2.
Mixtum non est elementorum materia, sed inter extrema simpliciter mediũ, pag. 134 columna. 1.
Mixti quæuis pars est mixta. pag. 93. col. 2.
Mixtum non est ex vno elemento, neq; duobus, neq; tribus, pag. 133. col. 2.
Mixtum est ex elementis ad mediocritatem redactis, ibidem.
¶Motus omnis est continuus atq; tempus, pag. 56. col. 2.
Motus cœlestis est vita omnium naturâ cõstantium, pagina. 110. columna. 2.
Motus localis, manifesta est continuatio, pagina. 80.
Motus omnium inferiorũ in superiorẽ reducuntur, pag. 140. col. 2.
Motus simul possidet vtrunq; terminum, à quo via corruptionis, & ad quem via generationis, pag. 83.
Motus & mobile continua sunt, pagina. 145. columna. 2.
Motus & mobile semper sunt, ibidem.
In omni motu similiter & mutatione, vnum necessariò subiicitur, pag. 14.
Motus diurnus, quia vniformis, non est generationis causa, pag. 143. col. 1.
Motus perpetuus cœli, abducit & reducit Solem, ibidem.
Quod mouetur omne (excepto primo) mutuo aliquo motu mouetur, pag. 84.
Motus per terminum ad quem specificatur, pag. 18. col. 2.
Mouetur nil, nisi in se passionem suscipiat, pag. 82. col. 1.
Si motus est vnus & continuus, & mobile: & si perpetuus est, motor erit perpetuus, pag. 145. col. 2.
¶Mulus fit ab equorum specie subalterna, pag. 42. col. 2.
¶Mures ex putrefactione & congressu elementorum producuntur, pagina. 97. columna. 2.

N.

NAturalis potentia & impotentia ponẽdę sunt, pag. 111. col. 1.
Naturalis res per materiam & formam definitur, pag. 24.
¶Natura facit de possibilibus quod melius est, pag. 144. col. 2.
¶Niphus dixit augmentationẽ non esse continuam, esse verò motum, pagina. 56. columna. 2.
Niphus carpitur circa continuationem nutritionis, pag. 57. col. 2.
Niphus & Commentator carpuntur in formarum intensione, pag. 77. col. 1.
Niphus in modo mixtionis exploditur, pagina. 101 col. 2.
¶Nomen imponitur à notiori & cõmunio-ri, pag. 2. col. 1.
¶Numerus, quanuis in infinitũ producatur, non est infinitus, pag. 149. col. 2.
¶Nutritio est adgeneratio præexistentis, pagina. 51. col. 2.

Nutrimur

Nutrimur ex eisdem, ex quibus sumus, pag. 136. col. 2.
Nutrit substantia, auget quantitas, pag. 52. columna. 2.
Nutritio fit in augmentatione citra quantitatis acquisitionem, pag. 57. col. 2.

P.

PArmenides & Melissus, omnia esse vnum dixerunt, pag. 5. col. 2.
Parmenidęi potentias atq; virtutes corporibus tribuunt, per quas organicè generent, pag. 140. col. 2.
¶Partes subiectiuæ subiecti demonstrantur in scientia, pag. 3. col. 1.
Partes metaphysicę à physicis sumuntur, pagina. 24. col. 2.
Partes non afficiuntur diuersis formis in toto, sed cũ forma totius sunt, pag. 34. co. 1.
Partes sunt materia totius, totum est forma partium, pag. 49. col. 2.
Particula quælibet partim augetur, partim non augetur, pag. 50. col. 2.
Partes non porosæ sunt formales, porosę materiales, pag. 55. col. 2.
¶Pati aut agere aliquid, dupliciter contingit, pag. 65. col. 1.
Patiens nullum ex indiuisibilibus constat, pagina. 74. col. 1.
Patiens patitur secundum se, & secundum quodlibet sui, pag. 73.
Patiens à continuo non patitur, pag. 73.
Patientis actio ponit ipsum in actu secundũ quid, pag. 85. col. 2.
¶Passio & actio partim à simili, partim à dissimili, pag. 63. col. 2.
Passio cui competit, causa passionis quoque competet, pag. 23.
¶Paulus Venetus carpitur, pag. 30. & pag. 36. &. 37. & in modo auctionis, pag. 55. & pag. 45. & in modo reactionis, pag. 87. & in modo generationis elementorum, pag. 119. col. 1. & in elementorum mutua transmutatione, ibidem.
¶Perfectionem suam vnumquodq; appetit, pag. 17. col. 1.
¶Physicus non potest formas substãtiales secundum se indagare, pag. 108. col. 2.
¶Plato generationem dixit esse ad extrà, pagina. 25. col. 2.
Platonis opinio de actione & passione, pag. 70. &. 72.
Plato causam materialem, necessariam appellauit: finalem, diuinam, pag. 82. col. 1.
¶Plotinus dubitat, an materia sit, pagi. 40. columna. 1.
¶Pori sunt necessarii necessitate finis, pag. 54. col. 1.
¶Potẽtia essentiã sortitur in ordine ad obiectum. pag. 110. col. 2.
¶Prædicandi modi & essendi quomodo differant, pag. 32. col. 2.
¶Principia physica possunt ens mobile ad vbi demonstrare, pag. 3. col. 2.
Principia tria tantùm sunt in ęternis, materia, forma, & efficiens, pag. 139. col. 1.
Principium primũ quatenus mobile, ad Physicum: quatenus immobile, ad Metaphysicum spectat, pag. 16. col. 2.
Principium primum in vnoquoque genere, causa est cæterorum quę sub illo sunt, pagina. 243. col. 1.
Principium alterationis aliquando est in alterabili, aliquando in alterato, pag. 47. & 48.
Principia rei naturalis tria tantùm sunt, pagina. 22. col. 1.
Principium est prima causarum, pagina. 66. columna. 1.
Principia tria sunt, absq; priuatione, pag. 106 columna. 2.
¶Priuatio est per se principium in fieri, pag. 13. col. 2.
Priuatio non est in cœlis, pag. 139. col. 1.

Q.

QValitas ex se intensibilis est, pag. 79.
Qualitates elemẽtorum, ipsorum sunt principia, pag. 108. col. 1.
Qualitates secundę speciei non intendũtur, pag. 80.
Qualitates non sunt formę substantiales elementorum, pag. 113. col. 2.
Qualitates nec in summo, nec citra summũ, simul esse possunt, pag. 82.
Qualitates elementorum symbolę eiusdem sunt speciei, pag. 128. col. 2.
Qualitates eãdem facultate qua agunt, resistunt, pag. 84. col. 2.
Qualitates quę fuerant in corrupto, nõ manent in genito, pag. 36. col. 1,
Qualitates sunt rationes agendi, pag. 108.
Qualitates virtuales, non sunt ponendę, pagina. 111. col. 1.
Qualitates primę quatuor sunt, quæ ad nullam reducuntur, pag. 110. col. 1.

Qualitas

Qualitas vna in ſummo duorum elementorum non eſt,pag.115.
Secundùm qualitatem eandem reactio contingit,pag.86.col.1.
Qualitates tot ſunt,quot elementa,pag.128. columna.1.
Qualitates plures non ſunt confingendæ, pag.134.
Qualitates formaliter ſunt in mixto,ibidē.
Qualitates ſecundæ ex quatuor qualitatum contemperamento reſultant,atque mediam habent qualitatem,ibidem.
Qualitates contrariæ iuxta Ariſtotelem in eodem ſubiecto ſimul ſunt, pagina. 83. columna.1.
Qualitatum alteratiuarum & motiuarū, nō eſt eandem ratio,pag.129.col.1.
Qualitates paſsiuę,indiuidui:actiuæ,ſpeciei rationem habere dicuntur, pag.85.col.2.
Qualitas ſumma propriè ea dicitur,quæ nō primò & per ſe elemento competit, pagi. 115.col.2.
¶Quantitas neq; intēditur neq; remittitur. pag.77.col.2.
Quantum non facit niſi quod eſt quantum, pag.10.col.2.& pag.44.

R.

RArum modicam hadet materiam, denſum multam,pag.46.col.1.
Rarum & denſum ſunt in quarta ſpecie qualitatis, ibidem.
Rarum & denſum,ad craſſum & tenue reducuntur,pag.107.
¶Rarefactio quid,& condenſatio, pagi.46. col.1.
Rarefactio eſt motus ad qualitatem,ibidem.
¶Reactionē eſſe multipliciter probatur, pagina.84.
Reactio quot & quę requirat,pag.84.
¶Recipiens denudatur à naturā recepti,pagina.13.col.2.
¶Reſolutio ex ſententia Ariſt.fit vſq; ad materiam primam,pag.31.&.32.
Reſolutio eſt eorum quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,pag.99.col.2.

S.

SAlamandram fabuloſum eſt igni nutriri, pag.137.col.1.
¶Sanitas quid,pag.134.
¶Senes impropriè augeſcunt,pag.52.col.2.
¶Scotus & Thomas verbis ſolùm in intenſionis modo diſtant,pag.79.col.1.
¶Senſus non ſolùm affectiones, ſed etiā ſubſtantiam demonſtrant,pag.118.col.1.
¶Scientię ſecātur quemadmodum & res de quibus ſunt,pag.1.
Scientia quomodo ſit de corruptibili,pag.3. columna.1.
¶Siccum quid,pag.107.col.2.
¶Similia genere,diſsimilia ſpecie ſunt, quæ ſunt actiua & paſsiua,pag.64.col.2.
¶Similares partes habent materiam & formam,pag.49.
Smile non patitur ab omnino ſimili, pag. 88.col.1.
¶Sigillatio materiæ non eſt accidens,pag.35 columna.2.
¶Solis acceſſu & receſſu omnia generantur & corrumpuntur,pag.143.&.144.
Solis latio ſub obliquo circulo,generationis eſt cauſa,ibidem.
¶Stoici frigiditatem aēri tribuunt,pag.116. columna.2.
¶Subiectum attributionis,obiectum ſcientię,finis,intentio operis,idem ſunt re, verūm ratione diſtinguuntur. pag.2.
¶Subiectum eſt primò notum, vt principiū ſcientiæ,quo ad quęſtionem an ſit, pag.3.
Subiectum accidentium eſt totum compoſitum,& non materia,pag.10.col.2.& pag. 31.col.1.
Subiectum affirmatione monſtrabile quid ſit,pag.29.col.1.
Subiectum apud Ariſtotelem ſignificat ens in actu,pag.76.col.2.
¶Subſtantia trifariam dicitur, pag.9.col,2.
Subſtantia non exiſtente nihil aliorum ſubſiſtet,pag.14.col.1.
Subſtantia generatur ſimpliciter, accidentia verò ſecundum quid,pag.13.col.1.
Subſtantia & paſsiones eius eodem numero motu generantur,pag.15.col.1.
Subſtantiæ nihil eſt contrarium.pagina. 26. columna.2.
Subſtantialis forma ab accidentali informatione differt,pag.76.col.2.
¶Suiſſet Calculator ingenia præclariſsima obſcurauit,ibidem.
¶Symbola elementa faciliùs tranſmutātur, pag.119.col.1.&.122.col.2.
Symbolum non ſemper in diſſymbolū trāſmutari poteſt, pag.119.col.2.
Symbola qualitas per accidens perit, pagina 123.col.2.

T.

TActus cæteris ſenſibus eſt communior & ſubiecto prior,pag.106.col.2.
¶Tēporis vnitas ad actionem maximè requiritur,pag.152.col.1.
Tempus non eſt ſine motu,neq; motus ſine mobili,pag.146.col.1.
Tempus generationis,æquale eſt tēpori corruptionis,pag.143.col.1.
¶Tenue, lentum, & molle, ad humiditatem referuntur,pag.109.col.1.
¶Terra & aqua vnam ſphæram conſtituunt, pag.117.col.1.
Terra non poteſt eſſe ignis materia,pagi. 23. columna.1.
Terra non eſt ens actu,ibidem.
Terra quomodo ſit continua,pag.136.col.1.
¶Totum eſt quod fit & generatur & habet eſſe,pag.9.col.2.
Totum per ſe primò generatur,partes ex accidenti,pag.25.col.2.
Totum priùs naturā eſt partibus, ibidem.
Totum eſt forma partium,pag.49.col.2.
Totum eſt quod augetur,& non partes,pag. 49.col.2.
Totum elementum tranſmutabile eſt in naturam alterius,pag.118.col.1.
¶Torpedo piſcis piſcatoris manum obtorpeſcere facit,pag.87.col.2.
¶Thomas intenſionem fieri per radicationē in ſubiecto putat,pag.78.col.2.
Thomiſtæ non ſatis explicant matorē radicationem in ſubiecto,pag.79.col.1.
¶Tranſmutationes ex parte termini differunt, pag. 31. col.1.
Tranſmutatio omnis ex quodam in quiddā pag.14.col.1.& pag.23.
Quod tranſmutatur in oppoſitos terminos, ſemper manet idem,ibidem.

V.

VEnter hyeme quàm ęſtate calidior eſt, pag.86.col.2.
¶Viuentia augentur, inanima nō augētur,pag.52.col.1.
Viuentia & non viuentia,quomodo differāt in auctione,pag.56.col.1.
Viuens de ſe mobile ad quātitatem, pag.52. columna.2.
¶Virtuales qualitates non ſunt ponendæ in elementis diſtinctæ à formis, neq; etiam in aliis rebus,pag.111.col.1.
¶Viſus naturā ſua nobilior & perfectior eſt cæteris ſenſibus,pag.106.col.2.
¶Vniuerſale neq; generat,neq; augetur,pag. 52.col.2.
¶Vnitatē motus non tollit immobilitas, neque actiua,pag.57.col.1.
Vnio miſcibilium non fit per diuiſionē,neq; per penetrationem,pag.100.col.1.

Finis Indicis.

Quæstiones præcipuę, quæ in his commentarijs ab Autore tanguntur, vt sese offerebant collectæ.

An accidentia corrupti in genito maneant, pag.36.col.1.
An materia sit pars quiditatis, pagina. 23. columna.2.
An qualitates elementorum sint principia formalia ipsorum, pagina.108.col.1.
An qualitates sint formę elementorũ substantiales, pag.113.co. 2
An qualitates elementorum symbolæ, eiusdem, an diuersæ sint speciei, pag.128.col.2.
An elementa maneant secũdùm formam in mixto, pag.98.col.1
An ex duobus dissymbolis tertiũ generetur, pag.121.col.2.
An de generabili, & corruptibili sit scientia, pag.3.col.1.
An generatio accidentis sit, an solius substantiæ, pag.18.
An idem secundùm numerũ redire possit, pag.151.col.1.
An intensio fiat per additionem gradus ad gradũ, pag.78.
An sit intensio, pag.76.
Quid intensio sit, pag.76.
An omnibus formis competat, ibidem.
An sit ponendum quartũ principiũ præter materiã, formã, & priuationẽ, pag.22.col.1.
An generatio vnius sit corruptio alterius, ibidem.
An sit augmentatio, pag. 53.
Quid augmentatio sit, ibidem.
Quomodo fiat, ibidem.
An augmẽtatio sit motus, pag.56
An fiat per partes formales, pagina.54.
An forma migret de subiecto in subiectum. pag.55.
An viuens semper nutriatur, pagina.57.
An materia sit, pag.12.col.2.
An sit ens actu, pag.13.col.2.
Quid sit, ibidem.
An sit annihilatio, pag.14. col.2.
An alteratio sit cõtinua, pag. 80.
An in omnibus qualitatibus sit intensio, ibidem, col.2.
An formę cõtrariæ simul esse possint, pag.81.col.2.
An sit qualitatis latitudo semper impleta, pag.82.col.2.
An sit reactio, pag.84.col.1.
An sint duæ qualitates actiuæ, & duæ resistiuæ, pag.85.col.2.
An eadem vis sit ad agendũ & patiendum, pag.85.col.1.
An ignis frigefiat, pag. 87. col.2.
An simile patiatur à simili, pagina.88.columna.1.
A quo generante aqua se reducat in pristinum statum, cùm calida est. pagina.88.columna.2.
An sit mixtio, pag.97.col.1.
An elemẽta maneãt in mixto, & quomodo, pag.98.vsq; ad finẽ.
An sint plures quàm quatuor primæ qualitates, pag.110.col.1.
An qualitates cœlestes, priores sint qualitatibus elementaribus, ibidem, col.2.
An sint qualitates virtuales, pag.111.col.1.
An quaternarius sit elementorũ numerus, pag.114.col.2.
An qualitates elementorum sint summæ, pag.115.col.2.
An aër calidus sit, & humidior aqua, pag.116.col.1.
An quodlibet elementũ ex quolibet immediatè fiat, pagina.121. columna 2.
An inter symbola facilior sit transitus, pag.122. col.2.
An symbolę qualitates eiusdem sint speciei, pag.128.col.2.
An detur in accidentalibus formis medium temperamẽtum, quemadmodum in substãtialibus, pag.134.col.1.
An liber iste de Generatione, secũdo loco debeat collocari, pagina.2.
An cõtinuum ex indiuisibilibus cõponatur, pag.10.col 2.
An generatio sit motus, pag. 26.
An generatio vnius, sit corruptio alterius, pag.22.col.1.
An forma sit in potẽtia materiæ. pag.26.
An generatio sit alteratio, pag.28 columna.2.
An sit forma corporeitatis, pagina.31.col.2.
An fiat resolutio vsq; ad materiã primam, pag.32.
An materia sit subiectũ accidentium, pag.34.
An forma inducatur semper in materia dispositа, pag.35.
An accidens corrũpatur, & nõ à contrario, pag.37.
An potentia nutritiua sit in re, quę augetur, pag.48.

¶Errata quorundam exemplarium sic corrigito.

¶Pagina.18. col.2. linea. 12. effectu, lege defectu.
Pagina. 23. col. 2. linea. 35. vniuersam, lege vniuersum.
Pagina. 32. col. 1. linea. 8. priuationerem, lege priuationem.
Pagina. 48. col. 2. linea. 8. &. 9. augentatio & augmentis, lege augmẽtatio & augẽtis.
Pagina. 73 initio textus. 79. fieri posse, lege fieri non posse.
Pagina. 77. col. 2. linea. 20. Quuæ, lege Quæ.
Pagina. 111. col. 2. linea. 7. Opium, lege Apium.
Pagina. 148 initio textus. 67. sic lege: Si igitur posterius fore necesse est, prius erit, &c. Sic enim puto in omnibus codicibus Vatabli legendũ. Vel certè ita: Sic igitur prius fore necesse est, si quod posterius erit.
Pagina. 151. col. 2. linea. 27. pro lib. 2. lege lib. 1.



Ni foret hæc nauis ſæuis turbata procellis,
In portum tandem tenderet ipſa ſuum.
Et cuicunq; darent iuſtiſsima præmia lances:
Iura dare humanæ ſed vetuêre manus.
Ingeniȝs ſic verus honos, ſic palma negatur
In terris: ſic, ſit cum ratione nihil.

PETRI MARTINEZ IN ARIST. LIBROS DE GENER. ET CORRVP. Commentariorum Liber primus.

OMNIS diſciplina tradi videtur via & ratione, quam methodum appellant. Eſt autē methodus abſolutio, ſiue integritas ſcientiæ: quę maximè in ratione ordinis exprimitur. ¶ Cùm pertractaſſet Ariſtoteles libris de Phyſica auſcultatione de rerū naturaliū initiis, cauſis & iis, quæ rebus naturâ conſtantibus cōmuniter accidunt, vt ſunt locus, tēpus, motus, &c. Deinde proximis quatuor libris de Cœlo, de corporibus, quæ ſecundùm locum mouentur, æternis ſecundùm ſe tota. nam corpora Cœleſtia non tantùm in ratione ſpeciei, ſed in indiuiduo ſempiterna ſunt: elemēta verò in ratione ſpeciei & totius, mūdum nunquàm deſtituent. in ratione tamen partium nonnunquàm pereunt & in ſe mutua tranſmutantur actione, de quibus elemētis in propoſito negotio fuit Ariſtoteli pertractandum, deq; eorum generatione & corruptione & cæteris motibus qui ſecundùm qualitates alteratiuas ipſis elementis contingunt, aut qui ob hæc ipſa elementa rebus ex ipſis cōcretis accidunt. Quare ne doctrinæ proceſſus vacuus eſſet, hoc eſt interruptus & diſſonus, horum librorū ad proximos de Cœlo iam à nobis explicitos mirabilis eſt cōnexio & continuata coniunctio: adeoq; rerū omnium ſingularis & eximia ſeries, vt alia ex alia oriri, pēdēreq; videatur, vt omnes inter ſeſe colligari nō minus videantur, quàm corporis humani artus & membra: abſq; intermiſsione enim & interuallo tota philoſophiæ naturalis methodus exactiſsimè procedit. Nam poſteà quam de rerum initiis aliisq; plurimis, octo libris Phyſicorum in communi diſſeruit, libros de Cœlo ab ipſo ſtatim exorſus vniuerſo, per ſingulas ipſius partes aptiſsimè cōpoſuit: tandemq; doctrinæ proceſſu deuentū eſt ad elementa, in quorū conſiderationem illi libri deſinunt, vbi non nihil de elementorum motibus atq; paſsionibus conſiderauit: his enim verbis claudūtur & terminantur illi libri, De graui igitur atq; leui & de hiſce, quæ circa ipſa accidunt à nobis hoc modo ſit definitum. Meritò igitur, ne doctrinę proceſſus ſuſpenderetur aut interrumperetur (non enim erat de omnibus elementorum paſsionibus methodus tradita) rurſus eadem elementa, quaſi ab eodem fine exordiens, ſuſcipit conſideranda. Et ita incipit hoc libro: De ortu autem & interitu eorum, quæ natura fiunt, &c. ac ſi clarius dixiſſet, Actum iam à nobis eſt de elementis in cō muni ſecundum ſe tota, qua ratione partes ſunt vniuerſi, in quo certum ſitum atq; ſedē ſortiuntur: naturam igitur ipſorum iam edocti, cōſideremus iterum oportet eadem ipſa elementa, qua ratione ordinantur & per varios motus in mixta deſcendūt, hoc enim ratio ipſa expoſcere videtur. Nam generari ex ſe inuicem dixerat ad calcē quarti lib. de Cœlo, eo quòd potentiâ mutuò ſibi inſint: modū igitur huius reciprocæ generationis quęrit, atq; ita deſcendit ad ſermonem de potentiis & paſsionibus ipſorum. Iure igitur liber iſte tertius eſt ordine, nam de motu in communi primus eſt, de motu locali ſecundus: ergo de motu ad formam abſolute tertius. de reliquis verò ſuis locis dicemus. ¶ Non inquirit, an ſit generatio. quoniam id in ſuperioribus tradiderat libris, & ſenſibus eſt quàm manifeſtum. docet autem, quid ſit, quo differat ab aliis motibus. qua in parte peccatum eſt ab illis antiquiſsimis philoſophis, qui per congregationem & diſgregationem eam fieri ſtatuebāt. ¶ Ne tamē rem hāc indignè tractemus, atq; in re alioqui aperta nobis hallucinari cōtingat, ſi intentio operis atq; ſcopus quò omnia deſtinantur nos latuerit, operæpretiū fuerit, quęnam ipſa intētio ſit definire, preſertim cùm ſcientię ſecentur, quemadmodū & res de quibus ſunt, iuxta Ariſto. tertio de Anima tex. 12. Et primo poſteriorū text. 43. Omnis ſcientia eſt vnius generis ſubiecti. Signemus igitur oportet ſubiectum ſiue obie-

Cōtinuatio methodi cōmēdatur.

Ordo.

Occurritur obiectioni.

Inquirit ſubiectū.

ctum, quo hæc scientia ab aliis distincta in se vna sit. Omniū autē vna est cōmunior & verisimilior responsio, attributionis subiectū esse ens mobile siue corpus mobile ad formā absolutā in cōmuni: id est, ad substantiā quātitatem & qualitatem. Itaq; de forma absoluta, quæ acquiritur in re mobili, siue per generationē aut alterationē, augmentationem vè
1 præsens est cōsideratio. Patet hoc. Quia, cùm in omni scientia sit vnū cōmunissimū, quod est, velut genus ad omnia, quæ sub tali scientia continentur, per quod nō tantū est vna in se, sed ab aliis seiungit: cùm id habeat ens mobile ad formam absolutam: erit igitur subiectum. Deinde subiectum attributionis, ob
2 iectum scientię, finis, & intētio operis idem re sunt: ratione tantū distinguntur. Cùm autem ens mobile ad formā absolutā finis sit & intētio operis, quò singula destinantur: erit
3 igitur subiectū. Testis etiā huius rei est Aristo. vt patebit ex nostra explicatione in primū tex. Parum autē refert, quod De generatione liber inscribatur, cùm nonnunquàm titulus libri ab aliquo accidentali sumatur, vt liber de Physico auditu: aliquādo à principali, vt liber de Cœlo, quod etiā in præsenti loco cōtingit. His enim libris Aristoteles titulū fecit De generatione: quoniam generatio præcipuū est quod in his libris cōsideratur.

Nota- Quò fit, vt ens mobile largiùs sumat, quàm nomē præferat. Nam ad ens generabile etiā diffunditur, quod etiam in libris de Physica auscultatione est aduertēdū: nā ad generationē, quæ nō est motus, sed mutatio extendit. Ens enim mobile idē erit, qđ ens trāsmutabile. Imponitur autē nomē à notiori & cōmuniori, quæ ad subiecti attributionis rationē exigūtur. Ad generationē verò mistio reducitur, ad alterationē agere & pati. Cōsiderat autē Aristoteles de ea solūmodò generatione quæ naturā cōstat: & ideò statim in initio inquit: De ortu autē & interitu eorum, quæ naturā gignūtur: nō autē de eorum, quę arte cōstant, quorū sunt varia & plurima genera, quæ fabri tractāt. Neq; cōsiderat de his quæ electione cōstant, fiūt, aut corrūpuntur per amicitiā aut inimicitiā: Sed solū de naturali generatione & corruptione rerū naturaliū.

Argumē- Argues, corruptionē nō esse naturalē atq; ad tum. naturalē perscrutationē nō pertinere. Antecedēs notū est ex communi omniū philosophorū axiomate, naturā corruptionē per se nō intēdere, sed generationem: eo q̄ semper

Solutio. natura bonū intēdit. Dicendū tamen, natura

Quòd corruptio sit natura lis.

lē esse corruptionē: nimirùm quòd sit à natura materię, vt. 1. Physicorum demōstratur, & cap. 3. huius libri ostendemus. Deinde naturalis etiam est ob rationem formæ generandę. Corruptio enim ad generationē necessaria est: quando corruptio vnius generatio est alterius. Ad hæc naturalis est à natura causæ efficientis: Solem enim in obliquo circulo, vt in. 2. libro dicemus, causam esse generationū & corruptionum docet Aristoteles. Quartò naturalis est ex parte scientiæ. Scientia enim eadem est contrariorū, vt. 6. Topicorum. 6. &. 4. capitibus, & primo Topicorum cap. 8. dicitur. Quare quāuis sit cōtra formā corrūpendā, non tn contra generandā: ex parte igitur plurū naturalis est, magis quàm violēta, atq; adeò respectu horū dicetur habere rationē boni, sicut habet rationē naturalis: Quę si nō placēt, addā ego corruptionē esse naturalē, nō à natura particulari, sed abvniuersali intētā, quæ p corruptionē huius aut alteri⁹ indiuidui, indiuiduorū renouationē intendit atq; adeò speciei perpetuitatem: natura tn in particulari secundùm propriū finē intendit rem in proprio esse indiuiduali conseruare. Nō ergo debet esse mirū si quod hoc modo est violētum, illo sit naturale. Ambiget quispiam cōtra ea quę superiùs diximus. An iste liber secundo loco debeat collocari, cùm forma substantialis prior sit motu ad vbi, ergo perperam superius tertio loco posuimus.

Dubium. Dicendum, nihil nos hanc rationem cōmouere. Nam, quamuis apud Aristo. lib. Meta-

Solutio. physi. 9. tex. 13. Actus sit prior potentia simpliciter: tamen in eodem prior est potentia & negatio ipsa affirmatione & actu. Quare, licet forma rei generabilis sit prior motu ad vbi (vt substantia cœlorum docet,) & natura motus localis non conueniat, nisi rebus iam actu perfectis: tamē in rebus generabilibus & corruptibilibus ipsa forma quę generatur per præcedentē motū localē comparatur. Quid? quòd tractatus de motu ad vbi prior est, eo q̄ simplicior & vniuersalior, omnibusq; aliis motib⁹ cōmunior. Quare quāuis forma secundū suū esse prior motu intelligatur atq; loco: tn vt est terminus mot⁹, posterior est motu ad vbi. Atq; ideò in libris de Cœlo de loco agitur, non vt est accidens, sed vt terminus est motus localis. Hīc autem de forma substantiali, nō vt talis est, sed vt termin⁹ ipsius generationis. Hoc ideò dixerim, vt ratione dignitatis nemo existimet hūc librum illi esse præferēdum. Dubitabit deinde

Dubium. diligens

diligens lector de generabili & corruptibili, an possit esse sciētia: nam cùm scientia naturā sua sit de perpetuis & æternis: implicatio est in adiecto, sciētiā esse de corruptibilibus

Solutio. & variabilibus. Cui varii varia respondent, prolixasq; adhibent solutiones, quas ego sic colligo & interpretor. De re nō existenti, vt de rosa in hyeme, atq; eadē ratione de re corruptibili scientiā esse secundū esse quod habēt in causis. Habēt enim ibi esse quoddā, veluti aptitudinale, remanent nanq; quoad esse formale & obiectiuū. Exemplo intelliges appositissimo de loco nauis stātis in flumine, vbi aquis omnib⁹ fluētibus, aliisq; denuo succedentibus, cùm nō sit eadem aquę superficies, quę nauim tangat, sed continuò est alia, & alia superficies, vt alia aqua: idē tamē semper locus est: qui, et si materialiter varietur, formaliter tamē idē est. Idē etiam in proposito dicendū, rem corruptā & variatā manere secundùm esse formale & obiectiuū, habitudine ad suas causas, atq; ad intellectū, saltē diuinū, qui, vbi cæteri intellectus & causę corRedargu- rumperentur, ipse perpetuò manebit. Redartio. gues, hoc modo scire, nō esse aliud, quàm aptitudinaliter intelligere, cū non maneāt res

Solutio. post corruptionē. Respondeo, manere res secundū esse quiditatiuū in suis vel causis, vel intellectu obiectiuē: secundū autem esse indiuiduale & existētię scibiles nō sunt: vtrūq; autem ex Arist. deducitur. 1. Posteriorū cap. 4. Qua de re Porphy. etiā cap. de specie sentētiam tulit: Sistendū in specialissimo, nā indiuidua incerta, vaga & varia cùm sint, ab arte sunt prorsus aliena: secus est de rerū essentiis, quas æternas existimat Aristo. Ex dictis itaq; iam, vt ad literā descēdamus, duo sequūtur. Alterū est, ens mobile, & nō, corpus mo2. Corol. bile poni subiectū in libris de Physica auscultatione: quoniā cū ibi agatur de motu in cōmuni, non tantū oportuit, subiectum esse illud, quod habet rationē notiorē omnis dubitationis expertē: sed quod cōmune est ad motum & mutationem hoc est ad generationē, quæ est vna precipua pars, quę hic & illic cōsideratur. Materia enim corpus mobile nō est. 5. Physi. tex. 8. est tamen ens trasmutabile, licet secundū rē idē significent, vt alibi diximus: in modo tn significandi differunt. Se3. Corol. quitur deinde quòd quamuis nulla scientia suum subiectū ostēdat, tamē partes subiectiuas nihil obstat demonstrare. Nā, cùm subiectum sit primò notū, vt principiū ipsius sciētię, saltem quoad quæstionem, an sit: nō erit aliquod prius principiū in scientia, quo demōstrari queat. Species verò siue partes subiecti habēt iā ipsum subiectū, quasi prius, per quod demonstrari possint. Nil igitur prohibebit principia ipsa Physica ens mobile ad formā absolutā demōstrare: quoniam sunt in potētia, à qua in actū transmutari cupiunt.

CAPVT. I.

¶De ortu autē, ac interitu eorū, Text. quæ natura gignūtur, intereūtq; vniuersim de omnibus tū causas, tū rationes eorū distinguēdo dicamus oportet: præterea quid accretio, quidq; alteratio sit: & eādē ne alterationis, atq; generationis esse naturā existimare liceat, an diuersam, perinde vt ipsis quoq; no minibus discretę sunt. Priscorum igitur, quidam generationē simplicē, absolutamq; alterationē esse inquiunt. Quidam à generatione alterationē aliud esse. Nā qui vniuersum aiunt vnū quippiā esse, & omnia ex vno oriri cēsent, ij generationē alterationem esse, & quod propriè generatur, id alterari dicant est necesse. At qui plures quàm vnā esse materias astruunt, vti Empedocles, Anaxagoras, & Leucipp⁹, illas differre dicāt oportet: quāquàm Anaxagoras suā p̄fectò vocē ignorauit: quippe cū oriri, ac interire, idē esse quod alterari dicat: at multa esse rerū elemēta, perinde atq; alij asserit. Nā Empedocles corporea quidē elementa, quatuor: omnia verò vnà cum hisce quæ motu ciendi vim

habent, numero ſex ait eſſe. Anaxagoras verò & Leucippus, & Democritus, infinita. Etenim Anaxagoras, ea facit elementa rerum, quæ ſimilaria ſunt: vt os, carnẽ, medullam, cæteraq;, quorum cuiuſq; pars eãdem cum toto ſortita eſt appellationẽ. Democritus autem & Leucippus, ex diuiſibilibus corporibus, quę & multitudine, & formis infinita ſunt, cætera cõponi dicunt, atque hęc inter ſeſe differre per illa, nimirũ ſitu, ac ordine eorũ ex quibus conſtãt, Porrò Anaxagoras, & Empedocles cõtrario dicere modo videntur: ille enim terrã, aquã, aërem & ignem, elemẽta quatuor, eaq; ſimplicia magis quàm carnẽ, os, & id genꝰ ſimilaria. Hic verò hęc quidẽ ſimplicia, elementaq;: illa verò terrã inquam, aquam, aëremq; & ignem compoſita: vtpote quibus gignendis illa præſtet ſemina. Igitur qui ex vno omnia conficiunt, generationem, & corruptionẽ eſſe dicant alterationem, eſt neceſſe: nã ſubiectũ ipſum, ſemper idẽ, atq; vnum manere dicant oportet, quod autem tale eſt id dicimus alterari. Qui verò plura genera ſtatuunt, à generatione alterationem differre cenſeant neceſſum eſt: cùm enim ea coëunt, aut diſſoluũtur, generatio, corruptio vè fit. Quocirca & Empedocles ad hunc canit modum. Nullius eſt natura, ſed ipſa Miſtio, miſtorumq; prius diuulſio ſolùm. Patet igitur ſermonem eorum ſuppoſitioni eſſe accõmodatũ: cùm hoc pacto dicunt, ac eos ad hunc dicere modum. At neceſſariũ & illis quoq; eſt, vt alterationem dicãt à generatione quippiam eſſe diuerſum, fieri tamen haudquaquã poteſt, iuxta ea quæ ab eis dicũtur. Quòd autem hoc rectè dicamus, facile eſt perſpicere: nam quieſcente ſubſtãtia, vt in ea mutationẽ in magnitudine, quæ vocatur accretio, & decretio, ita & alterationẽ fieri videmus. Verùm enim fieri nequit, vt alteratio fiat per ea, quæ dicunt, qui plura vno principia faciunt. Siquidem affectus ipſi iuxta quos id accidere dicimus, differentię ſunt elemento rum, quod genus ſunt, caliditas, frigiditas: albedo, nigredo: ariditas, humiditas, mollicies, durities & cæterę aliæ, vti & Empedocles ait, Albẽtẽ penitus ſolẽ, calidũq; videri. Aſt imbrem inter cũcta nigrũ, ſimul atq; rigentem. Similiter & de reliquis quoq; definit, ꝓnũciatq;. Quare ſi fieri nequeat, vt ex igni oriatur aqua, aut ex aqua terra, neq; profectò ex albo quidquam nigrum fiet, aut è molli durũ: eadem & de cæteris quoq; ratio eſt. hoc autẽ eſt alteratio. An ne etiam perſpicuũ eſt oportere ſemper cõtrarijs ipſis vnã ſubijcere materiã, ſiue loco, ſiue accretione, decretione vè, ſiue alteratione

mutatio

mutatio fiat? Præterea ſimiliter & hoc alterationem eſſe eſt neceſſe. Etenim ſi alteratio ſit, & ſubiectũ eſt elementum vnũ, & omnium quæ in ſeſe viciſſim mutãtur vna eſt materia, & ſi ſubiectum vnum ſit, alteratio eſſe ſolet.

Argumentũ operis.

¶His ergo ſic generatim traditis ponit iã Ariſto. proœmiũ ſiue operis exordiũ: ſuãq; explicat intentionẽ: acturumq; pollicetur de generatione, atq; rerũ naturaliũ corruptione quę ſunt præcipuè conſiderata in his duobus libris. Addidit autẽ, Eorũ quæ natura generãtur, nam nõ eſt in preſenti de his quæ arte cõficiuntur tractandũ vt domus, naues: neq; inſuper de his, quæ electione cõſtant, vt amicitia & inimicitia, in quas quiſq; nõ natura, ſed voluptate ſua trahitur. Inſuper dicit, Vniuerſim de omnibꝰ, id eſt vniuerſaliter, nã præſens negotiũ nõ pertractat ſingulas rerũ generationes, ſed in cõmuni cõtemplatur: quæ methodus in diſciplinis ꝓpria eſt, vt ſenſim per cõmunia capita ad ſingulas rès deſcẽdat, vt hinc de generatione in communi gradũ faciat ad Meteorologicas, plãtarũ vè atq; animaliũ generationes. Adhuc dicit, & de ipſis cauſę diuidẽdę ſunt & ipſarũ cauſarũ rationes diſtinguẽdæ. Quorũ verborũ expoſitionẽ aptè adducit Philoponꝰ: quoniã cauſę in plurali nõ formã tantũ, ſed finẽ, ſubiectũ & efficiẽs cõprehendunt. 2. enim. Phyſi. cap. 7. phyſicus per omne genꝰ cauſę demõſtrat: rationes autẽ, quaſi ex ſuperabũdãti apponit: id eſt nõ tantũ quatuor illas cauſas, ſiue communes, ſiue ꝓximas adducturũ Ariſtotelẽ, ſed & rationes effectiuas, hoc eſt modos efficiẽdi, quibꝰ vnũquodq; & fit, & corrũpitur, vt cõtingit libris Meteororũ, vbi Ariſt. grãdinis, niuis, cometarũ, reliquarũq; impreſſionũ, nõ modo cauſas ſubiũgit verũ & rationes variosq; modos, quibus cõtingũt, exponit, per quos hoc agẽs, illud patiẽs ſit. Themiſtio placet per cauſas intelligere eas, quæ ad demõſtrãdũ ſunt neceſſariæ, per rationes autẽ, definitiones ipſas intelligamꝰ: quãuis iuxta Ariſt. definitio & demõſtratio re nõ differant, vt patet primo Poſteri. 2 cap. 7. &. 8. & vtraq; per cauſas edatur: obidq; vſus eſt nominibus differẽtibus vt intelligamus, quòd, ſicut per demõſtrationes cõtingit ſcire ita & per definitionẽ, qui eſt ſecũdus ſciẽdi modus traditus ab Ariſt. 2. De poſteriori analyſi, cuius meminerat. 1. lib. c. 2. cùm dixit. Si eſt aliꝰ ſciẽdi modus poſtea dicemus. Dicit inſuper acturũ de augmẽtatione & alteratione, ſunt enim naturales motus, & ad generationẽ ordinati. ¶Finito proœmio deſcẽdit ad ea, quæ propoſuit tractanda, partiturq; opus in duos tractatus, in quorum priori motuum naturalium cauſas proponit, Poſteriori verò rationes oſtendit, principioq; errores antiquorum ſupponit, qui per præſentem veritatem eiiciendi & relegãdi ſunt. Sunt autẽ in duas partes diuiſi, his aſſerentibus vnũ principiũ, ex quo fierent omnia, ſubindeq; ponẽtibus generationẽ alterationẽ eſſe, & generari idẽ quod alterari, cũ vnũ eſſet principiũ in actu, atq; adeò omnia eſſe vnũ, cũ Parmenide atq; Meliſſo. Illis autẽ plura principia ſtatuentibus, vt Empedocles qui per quatuor elementorum litem & amicitiã vt efficientia principia, naturales motus ſaluabat, Democritꝰ cũ ſocio Leucippo per inſectiles atomos, Anaxagoras ꝓ infinitas atomos homiomœras vt os carnem, &c. quarum quælibet pars totius nomen & rationem retinet. ¶Differunt tamen nam omnes generationem ab alteratione diſtingunt ꝓter Anaxagoram, qui propriam vocẽ ignorauit. Anaxagoras ab Empedocle differt, quòd hic ponebat elemẽta ſimpliciora carne & oſſe: ille verò cõtrà. carnem & os elementis ſimpliciora, quare rectè infert philoſophus in alios, qui vnum principiũ & ſubiectum actu ponunt, non poſſe ſaluare differẽtiam generationis ab alteratione, cùm ens in actu manens ſub vtroq; termino ſit ſubiectum, & omnia vnum, vnamq; ſubſtantiã dicant, quaſi cõmunẽ quandam maſſam, vt lignum arcæ, ſcamni, ſellę, &c. qua ratione homo eſſet æternus & vas quadratũ, Inſuper in illos qui plura principia ponunt infert, quòd diuerſa illa facere nõ poſſint etſi velint. Primò, quia cum diuerſæ ſint ſpecie materiæ, nõ poterunt in ſe inuicem trãſmutari ſecundũ ſubſtantiam, ergo neq; ſecundùm alterationem, quia deficiente materia atq; primo ſubiecto ad primũ hoc eſt ad generationem, ad cætera, quæ hinc dependent neceſſariò deerit: quod tamen eſt contrà experientiam & contrà rationẽ. Secundò, quia contrariis ſemper nata eſt ſubiici, & re vera eadẽ ſubiicitur materia, aut non erit tranſmutatio. Tertiò, ſi alteratio nata eſt eſſe, ergo & generatio. nã ſi media ordinata in fine nata ſunt eſſe: ergo & ipſe finis.

Philoponus.

Themiſtius.

Antiquorũ philoſophorũ diſcrimina.

Text.2. ¶Empedocles igitur,et hiſce quę apparent,& ipſe ſibi contraria dicere videtur. Nam elementorum nullum ex alio fieri,ſed ex eis cætera omnia,et cùm vniuerſam naturam in vnum coëgit præter diſcordiã,ex vno illo rurſus quodq; fieri aſſerit. Quare ex vno quodã vt patet,eorũ quę differentijs quibuſdam,ac affectibus diſtincta,ſeparataq; ſunt,aliud aqua,aliud igni factum eſt:quemadmodũ ſolem ait album,& calidũ,terrã verò graue,atq; durã. Detractis igitur hiſce differentijs (detrahi em poſſunt,nam genitæ ſunt) tum ex aqua terrã,tũ ex terra aquã neceſſariò fieri cõſtat. Eodẽ pacto et cæterorũ quodq;:nec tum ſolũ,verũ etiam nunc,ſi modo mutẽtur iuxta affectus. Nam de numero eorũ ſunt quæ adeſſe, & abeſſe rurſus poſſe dixit:preſertim adhuc inter ſeſe pugnantibus diſcordia & cõcordia. Quo circa & tunc ex vno orta ſunt,ac genita: nõ enim vniuerſum ipſum ignis.aër,aqua, & terra,cùm adhuc vnũ eſsẽt, erat.

¶Carpit Empedoclem pugnantia dicentem, nam ex elementis generari dicit miſta, & nõ elementa ex ſe inuicem:ſiquidem vtrumq; affirmare eadẽ ratione cogetur. Deinde experimento ſenſus. Tertiò,quoniam mutuã concedit elementorum ſecundùm qualitates trãſmutationẽ. Omnia,inquit, in Chaos reuocantur priſtinis nudata paſsionibus. Vnde iterum per litẽ & amicitiã nouis adquiſitis accidẽtibus ad lucẽ vocãtur: Omnia ergo adinuicẽ tranſmutãtur. Quartò,quia,cùm ponat elemẽta prima omniũ rerũ principia, Chaos nõ debuit aſſerere elementorũ principium.

Text.3. ¶Sed & id quoq; nequaquam liquet,vtrũ ſcilicet ille ipſum vnũ principiũ ſtatuere debeat,an ipſa multa,ignẽ inquã,& terrã,& quę cũ hiſce eiuſdẽ ſunt ſeriei. Nã quo ipſum vnũ,vt materia ſubijcitur, ex quo mutatione quæ motionis opera fit,terra et ignis fiũt, elemẽtum eſt. At quo hoc quidẽ ex cõpoſitione fit,coeuntibus inquã illis,illa verò ex diſſolutione: hoc elementi appellatione digniora ſunt,naturaq; priora.

¶Videtur Ariſt. proponere,quòd,cùm multa nõ ſint ſtatuenda principia,neq; certũ ſit, an vnũ ſit ſtatuẽdũ principiũ:dubitabile erit, qua ratione vna ſit omniũ rerũ ponenda materia. videẽ enim ſupponere,vnã eſſe omniũ rerũ naturæ ſimilitudine materiã:rationẽ poſuit.1.Phyſi.cùm numerũ principiorũ inueſtigabat Ariſt.cap.6.illa enim eſt ſubiectum primæ contrarietatis,ad quã reducũtur oẽs. vnũ igitur debet eſſe ſubiectũ, cum cõtraria nata ſint fieri circa idẽ,oppoſito namq; dato, quòd nõ ſit eadẽ materia trãſmutationẽ tolles,contra ſenſum. Vna ergo eſt materia ſpecie,non per poſitiuã formã,caret enim omni actu,ſed negatiue per indifferẽtiã ad oẽs formas. Neceſsitas autem qua cogimur ponere eſt, quia ſit ſubiectũ primæ cõtrarietatis ad quã augmẽtabilis & alterabilis cõtrarietates redigũtur. Nota. ¶Aduerte in Ariſtotelẽ nõ valere argumẽtũ,quod ipſe in Meliſſum pronunciauit:videlicet:Si rerum omniũ vnũ eſt principiũ,ergo generatio ab alteratione diuerſa nõ erit. quia,quãuis principiũ vnũ Ariſt. ponat, nõ eſt vnum ens in actu ſubſtantiali, vt materia ſecunda rerum artificialium,quę dumtaxat externo aſpectu variatur, vt materia fabri lignarii. Eſt autem vnum illud Ariſto. principium ſubſtantiale,ſed potẽtiale,vt poſtea amplius lucidabitur.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. Ariſt. ponit vnã cõcluſionẽ, duasq; antiquorũ de generatione opiniones, earundemq; confutationes.

De

1. Cõclu. *¶De ortu autem atq; interitu eorum, quæ naturà gignuntur,intereuntq; vniuerſim de omnibus,tũ cauſas, tũ rationes diſtinguẽdo,dicamus oportet. Prętereà quid accretio,quid alteratio ſit, & an harũ vna, diuerſa ve ſit natura. Variæ enim de hac re fuere antiquorũ diſſenſiones.*

1. Opinio antiquorum. *Primũ,eorum,qui omnia eſſe vnũ ex vnoq; generari,qui generationẽ ab alteratione nõ ſecernebant.*

2. Opinio *Deinde eorũ qui plura materialia principia ex quibus omnia cõſtarẽtur ſtatuebãt, vt Empedocles quatuor elemẽta cũ lite et amicitia efficiẽtibus principijs, Anaxagoras infinitas homiomeras atomos, Leucippus infinita inſectilia corpora, poſitione,ordine,& figura diſſidentia.*

Confutationes. *Atqui omnia eſſe vnũ conſtituũt,generationẽ ab alteratione non ſeparant,nã ſemper vnũ idẽq; ſubiectũ actu eſt. Qui verò plura ponũt principia, dicũt generationem ab alteratione differre: ſed ex ſuis dictis ſaluare eſt impoſsibile: quoniã diuerſa ſunt natura ſubiecta. non poterunt igitur ex ſe inuicẽ trãſmutari. trãſmutationi enim ſemper eadẽ debet ſubijci natura. Quare Empedocles pugnantia dicit contra ſenſus experimentũ, miſta ex elemẽtis generari, ipſa verò elemẽta ex ſe inuicẽ nequaquã: Et quia elementa omnium prima principia dicit, Chaos verò prius ponit principiũ, quò fit, vt difficile ſit vnum principium aut multa ſtatuere, ſi rerum trãſmutationes aſſerere debeamus.*

CAPVT. II.

Text.4. Hic Ariſ. proſequit qđ primo capite pposituũ eſt ¶Omnino itaq; de generatione, & corruptiõe ſimplici abſolutaq; vtrũ ſit nec ne,& quo pacto ſit: et de cęteris abſolutis motib⁹, verbi cauſa de accretione, & alteratione,dicendũ eſt. hoc eſt antiquorũ opiniões đ generatione & corruptione. Text.5. ¶Plato igitur de generatione ac corruptione quo modo rebus ipſis cõpetant conſiderauit ſolùm,nec id quidẽ de omni,ſed elemẽtorũ: quomodo verò carnes,aut oſſa,aut quippiam aliud tale gignatur,nequaquã. Inſuper nec de alteratione,nec đ accretione: quonam pacto rebus ipſis contingant. Ad ſummum, de nulla mutatione, niſi ſuperficie tenus,quicquam vllus definiuit, præterquàm Democritus, cui omnia fuiſſe curæ videtur,& principia ſuppoſuit quæ ad omnia accõmodari poſſunt,& ad alios motus,ſed hoc nẽpe qua via,ac ratione fiãt,iã diſcrepat. Nã nec de accretione,quiſquã quicquã definiuit, ſicuti diximus,quod non vel quiuis dicat. Dixerunt enim res ipſas acceſſu rei ſimilis augeri: id autẽ quonã pacto fiat,nihil prætereà dixere. Nec de miſtione, nec de aliorũ ꝓpe dixerim vllo, verbi cauſa đ actione,& paſſione quonãmodo aliud agat, aliud patiat in actione naturali. Democritus autẽ,& Leucippus,figuras cõcinnãt,ex quibus alterationẽ faciũt, atq; generationẽ: congregatione quidem,& ſegregatione,generationẽ atq; corruptionem: ordine verò,& poſitu,alterationẽ. Cæterũ quoniã quæ apparent, ea vera

esse putabant, contraria autem & infinita sunt, quæ apparent, infinitas fecere figuras, ita vt per cõpositi transmutationes idem contrarium videatur alij atq; alij, trãsmuteturq; incerta re pusilla, & omnino permutato vno quopiam diuersum quid appareat, quando quidem tragœdia, & comœdia,
Text.6. eisdé fiunt literis. ¶ At cùm generatio & corruptio diuersum quid esse omnibus ferè videantur, & ea quæ sunt congregatione, atq; segregatione oriri, ac occidere, & de mutatione affectuum alterari: de his cõtemplentur qui hoc instituti habét oportet: hęc autem, & multas, & quæ rationis fines non egrediũtur, dubitationes habent. Nam si generatio congregatio sit, multa ex eorum numero quæ fieri nequeunt, euenire solent. Sunt autem rursus aliæ rationes, quæ vrgent, quæq; haud facile solui possunt, quod fieri nõ potest, vt quicquá aliter sese habeat, si generatio congregatio non sit, aut quę omnino generatio nõ est, aut eadem alteratio est. Atq; id quanquàm difficile, enitendum
Text.7. est soluere. ¶ Principium autem horum omnium est, vtrũ ea quæ sunt generétur hoc pacto, accrescant, alterenturq;, & hisce contrarias subeant mutationes, magnitudinibus primis nullam diuisionem admittentibus, an nulla sit magnitudo indiuisibilis? hoc cẽ interest quamplurimum. Et rursum, si magnitudines sint insecti les, vtrũ hę corpora sint, vt Democrito placet, atq; Leucippo: an plana, vt in Timæo scribitur? Hoc igitur ipsum, fieri inquã dissolutionem ad plana vsq;, cancellos egreditur rationis: id quod alio quoq; loco iam diximus. Idcirco magis consentaneum rationi fuerit corpora non posse diuidi. Verũ & hæc quoq; perabsurda sunt: sed tamen hisce alterationem, generationemquè vti dictum est, facere, conuersione, & attactu, atq; figurarum varietate permutãdo, idem cõtingit, quod sanè Democritus facit. Quocirca non esse colorem asserit: nã res ipsas per conuersionem colore tingi, cẽset. At illis qui in plana diuisionem faciũt, minime. Nihil enim planis compositis, præterquàm solida, fit: quando nulla ex eis qualitas, affectusuè gigni potest. Sed cur parum valeant, quæ consentanea sunt perspicere, causam habet ipsa experientię vacuitas. Quãobrẽ quotquot diutius circa rerum naturalium speculationem versati sunt, ij eiusmodi principia, quæ inter se cohæreant, consentiantq; quam plurimum supponere, magis possunt. At qui è multis rationibus, quæ nam veræ sint haud quaquàm expendere consueuerunt, paucis inspectis facilè pronunciant. Porrò ex hisce perpen-
Autoritas
dere

dere etiam quis potest, quàm inter eos intersit, qui naturaliter, quiq; via rationali quãpiam exercent cõsiderationem. Nam de eo quod est magnitudines esse indiuisibiles, nõnulli quidẽ inquiũt, quod ipse, idealisq; triangulus, plures erit.

¶ Nolo lectori esse molestus, inani antiquorum philosophorũ opinionũ recitatione sine vllo prorsus fructu chartas implendo, mẽtesq; onerãdo: ideo breuibus præsens caput perstringam, donec ad locũ in quo Arist. propriá firmat sententiá deueniatur. Traditis igitur veterũ de generatione opinionibus, ad id, quod proposuerat regreditur Arist. & querit an sit generatio & modũ, quo est, atq; de annexis affectionibus, alteratione augmẽtationeq;, Et vniuersim de omni motu ad formam: Atq; Empedocle iam superius refutato Platonem etiam refellere instituit. Qua
Quatuor quæsita d generatione Antiqui perperá definierunt. tuor enim sunt, quæ de quaq; re scibili queri solẽt, vt initio libri secũdi de Posteriori Analysi docet Arist. in quibus veteres illi philosophi hærebant, An res sit primũ de re dubitatur: & generationẽ esse Parmenidis & Melissus negarunt. Deinde quid sit generatio queri debet, quam Anaxagoras Democritus Empedocles perperam congregationem desiniebant. Tertiò autẽ quibus insit generatio. Platoni visum est solis elemẽtis competere, mixtis autem non nisi rationẽ elemẽtorum. Empedocles autem contradicebat mixtis & non elementis conuenire. Postremò propter quid sit generatio dubitandum est. De qua quæstione (tametsi omnium potissima) nihil certum statuerunt. dicemus autem propter materiam: cùm ipsa sit principium primum via compositionis & vltimum via resolutionis, vt. 1. lib. Physi. tex. 82. definit Aristo. atq; ob hanc causam ad considerationem physicã pertinere, vt eodem. 1. Physic. tex. 80. docet. Etenim materies quidem permanens vnà cũ forma causa est eorum quæ fiunt perinde ac
Autoris excusatio mater, &c. Hæc generatim de antiquorũ sententiis dixisse sat sit, cùm nec locus vacet, neq; animus sit eorum asserta examinare, atquè præsertim lectores grauare, cùm illorum libri ad nostras non peruenerint manus, vt possimus eorum placita deprehende re, vt vel acceptemus, vel cõtrà repudiemus. Est enim innaturale contra inauditam partẽ sententiam ferre. Pauca tamen adducemus eorum, quæ ad literæ Aristotelęæ explicationẽ cõducunt. Dicit itaq; Anaxagoram insu- Anaxagoras.
ficientes adduxisse determinationes: non meminit generationis elementorum, de augmẽtatione & alteratione nihil determinauit, quam ob causam extollit & commendat De Democritus.
mocritum, qui eorum, quæ necessaria sunt multa tetigisse videtur, atq; de omnibus curam habuisse, atomorum namq; congregatione & segregatione generationem corruptionemq; ponebat, situ diuerso atq; ordine alterationem, vt eædem literæ comœdiam & tragœdiam faciunt, Et ita reliquorum motuũ causas in illas suas atomos resoluebat. Determinandum ergo de his docet Arist. tum quia omnes tractãt, tũ etiam, quia videtur his sermonibus accommodata determinatio. Tandem, quia nõ tantùm ob autores, sed ob eas, quas adducũt rationes, quarum hæ faciles & minimè cogentes, illę verò contra vrgentes & difficiles. expedit igitur huius rei veritatẽ deprehendere, & cõsiderare, an sit quòd hisce affectionibus ad formam cõmoueatur.
Argum. ¶ Dices ad philosophum naturalem non spectare de generatione tractare: quia generatio est ad substantiam quæ, vt habetur. 2. De anima text. 1. trifariam dicitur, totum, materia, & forma, quorũ duo, materia atq; forma nõ generantur. 7. Meta. tex. 27. nec totum, quoniam iam generatio nõ esset mutatio, sed motus cõtra id quod Arist. dixit. 5. Physi. tex. 8. Docet enim generationẽ nõ esse motũ, quia materia non mouetur: at si totũ generatur quod moueri potest, generatio posset esse motus, Confirmatur quia ex accidẽtibus nõ poterimus nos arguere substantiæ transmutationem, cùm aqua naturà frigida, esse possit calidissima, atq; ars alchimię faciat substãtiam. At qui hęc non obstant cum ad generationem concurrant materia & forma: non
Solutio. quod ipsa generentur, nam generatio via est ad esse: istæ autem partes nõ sunt, ergo neq; generantur, sed sunt ea quibus res generantur, materia concurrente vt subiecto & potẽtia, forma verò vt termino atq; actu, totum ergo est, quod fit, Et quod habet esse, & denominationem generationis recipit, quòd Arist. 1. Physi. tex. 64. docuit. Nec confirmatio quempiam mouere debet. nam vt Aristo. dixit procemio De anima text. 11. accidentia magnam adferunt opem ad cognoscendum

quod quid est,& substãtiæ inuestigationem: idquè proprium non tantùm est accidentibus propriis, verùm etiam & communibus, vt eo loco dicemus. Ars autem sola substantiam non transmutat,nisi applicando actiua passiuis in modum naturę,vbi exigitur applicatio. Ita enim fit in Alchimia, & insitione. Comparat deinde Platonis opinionem cum Democriti assertione,& huius dicit rationabiliorem existimationẽ, quàm Platonis, qui in superficies resoluebat,non vt ille in corpora. Deinde quia Democritus modis a tomorũ diuersis omnes motus saluabat. Plato verò nec gignebat,nec alterabat.Tũ quia magis Democritus circa naturalia insudarat, & ob id principia ea ponebat ex quibus multa in philosophia seruari viderẽtur. At Plato Mathematicarũ artiũ studiosissimus in philosophia inexpertus,minimeq; exercitat⁹ (in reb⁹ enim philosophiæ min⁹ operæ Platonẽ impẽdisse sentit Arist.)ad pauca respiciẽs facilè enũciabat. Quæ in magistrũ nõ esset inferẽda iniuria.Tandẽ Plato logicis ideſt cõmunibus agit rationibus:Democritus verò magis propriis atq; physicis certat raciocinationibus.

Democriti argu. 3. ¶Tria potissimũ argumenta erant Democrito præsidio. Primũ corpus omne cũ diuisibile sit & non in pũcta, nã ex punctis & incorporeis nil quãtũ resultaret,& obid nihil moueretur,sicut & punctus est immobilis: eadẽ etiam ratio est de lineis & superficiebus, nã corpus ex non corporibus compositum abiret.Nequè resoluitur in passiones, nã accidẽtia separari nõ possunt,& sine subiecto esse. ergo cum aliquid maneat (nam nõ dixeris ex nihilo conflatum aut ens tantum apparẽs & non existens) consequens est, per sufficientẽ partium enumerationem, quæ restant & supersunt corpora esse indiuisibilia, quia iã est omne corpus diuisum, est igitur ex atomis

Solutio. conflatum. Huic argum. respondet Aristo. quodquè corpus signo quolibet atquè puncto diuisibile esse,non tamen actu sed potestate,quæ sicut est in potentia ad fieri, ita illa potestas reducetur in actum imperfectum,

Nota. vt voluit tertio physi.tex. 57. Vnde eliditur sophistarum calumnia inferentium quod si potest diuidi aliquando erit diuisum,& prę ter solutionem Aristotelis, aliam suo more adhibeamus.Non semper ad propositionem de possibili, sequi de inesse, & minus licere

2. Argu. inferre compositam ex diuisa. Secundum argum.Democriti.Si contingeret semper diuidi corpus in minores magnitudines tandem deueniretur ad indiuisibiles. ergo ad illas suas atomos. Dicendum quòd etsi respẽctu nostri sint indiuisibiles, ideſt, sectionem nostram non recipientes, tamen cum aliis iũctæ sentiuntur & diuiduntur, quod signum est,ea corpora esse trina dimensione prædita. Postremum argum.Quia non contingit 3. Argu. generationem ponere nisi hac atomorũ congregatione, augmentationem non nisi appositione,alterationem autem situ & ordine. Dicit Aristo. fere idem esse ac si ex punctis Solutio. fieret generatio: quæ tamen illis modis saluari non potest: cùm perfecta generatio sit totius in totum mutatio: quæ necessariò ab alteratione differt, Primùm subiecto,quòd generationis materia est ens solum in potentia alterationis totum compositum ens in actu, Secundò Generatio secundùm substantiam, Alteratio secundum qualitatem est, vt interim aduertamus ex hoc loco, vbi Aristo. ex Nota. propria sententia Democriti soluit rationẽ, subiectum accidentium esse totum compositum,non materiam. ¶Argumentum autem Diluitur Democriti in Aristotelem retorqueri nõ potest,non constare ex punctis corpus dicebat tacita obiectio. Aristoteles: quia ex non quãtis non resultat quantum,ergo cùm materia per se quanta nõ fit similiter nec forma, ergo corpus quãtum ex non quantis constabit. Nam ex materia componitur res naturalis iuxta Aristo. non quatenus propria ratione est incorporea, omniquè actu denudata:sed quatenus est corpus,quod esse habet prius natura in toto (vt postea dicemus si locus opportunus concessus fuerit perplexę illi disputationi inter philosophos, inter Theologos verò acerrimæ, An sit forma corporeitatis) interim facilorẽ solutionem accipito,Non cõponi ex materia & forma vt partibus integralibus, sic enim ex huiusmodi partibus ex quãtis vnũquodq; corpus cõstare debet, cõstat aũt ex illis vt ex partibus essentialibus, quo modo quãtũ nil prohibet ex nõ quãtis cõstare,nã& linea ipsa (definiẽte Arist.1.Posteriorũ.c.4)ex punctis est,nõ integraliter cõponẽtibus, sed essentialiter definientibus. puncta enim lineæ rationẽ ingrediũtur in obliquo,quẽadmodũ materia & forma rei naturalis physicã definitionẽ,postea vero dicem⁹ in gñre causę formalis pri⁹ naturà esse corporeã in toto, q̃ ipsum cõponat: quãuis in genere causę materialis pri⁹ naturà cõponat,quã sit. Et sicut nihil obstat existens ex nõ existẽtibus cõponi, vt partibus essentialibus: ita etiam nihil prohibet quan

quantum ex non quantis constare, vt partibus essentialibus: repugnaret autem vt partibus integrantibus. Et quanuis hæc expositio posset esse loco cõpendii, tamen eam breuissime sic accipito.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap.ponuntur tres conclusiones, ad primam duæ rationes,totidem ad secundam,quatuor ad tertiam. Et trium rationum Democriti solutiones.

1.Cõclu. ¶*Omnino itaquè Plato insufficientẽ de generatione attulit considerationẽ.*

1. Ratio. *Quia generationis mistorum nil meminit. Insuper nec de alteratione accretione ve,quonam pacto rebus ipsis contingat considerauit:solus Democritus commendandus est,cui omnia fuisse curæ videntur.*

2. Cõclu. *De generatione igitur atq; corruptione accommodata erit determinatio.*

1.Ratio. *Omnes enim tractant, quæ nostris sermonibus accommoda erit determinatio. Præterea,rationes eorũ aliquæ sunt*

2. Ratio. *quæ vrgent,queq; haud facile solui possunt. Quocirca Democritus rationalius Platone est loquutus. Primò quia*

1.Ratio. *Plato in superficies, Democritus in corpora resoluebat. Deinde suis illis atomis insectilibus motus omnes ponebat.*

2.Ratio. *Adhæc Democritus rationibus propriis naturæ accõmodatioribus persuadebat. Plato autem logicis & cõmunibus.*

3.Ratio. *Demum Democritus magis circa naturalia insudarat, Plato verò in expertus, paucis inspectis facile enũciabat. Democritus autẽ accommodatis rationibus videtur persuasus. Corpus enim omne diuisibile cùm sit,non in pũcta, lineas aut superficies: quantũ enim ex non quantis constaret: non in passiones, accidentia enim non separantur, cùm nihil manere asserendum non sit (fuisset enim corpus ex nihilo conflatũ) quæ restãt atomi sunt,ex quibus corpus est conflatũ. Rursum,cùm continuò corpus in minores diuidatur magnitudines tandem deuenietur ad indiuisibiles illas atomos. Postremò generationes cæteriq;*

4. Ratio. *motus qui naturà constant, commodius fieri non possunt quàm atomorum alternis affectionibus. Sed quantum prauis his raciocinationibus erroris lateat exponamus oportet. Omne enim*

1.Ratio Democ. *sensibile corpus omni in parte diuisibile est potestate, actu vero non semper: Obidq; sensibile corpus in partes insẽsibiles,quæ minime sensu percipiantur diuidi nullum est inconueniens. Quare si illis modis, atomis congregatis aut segregatis res generarẽtur aut corrumperentur,idem omnino videretur ac si ex punctis esset compositũ, nulla subinde inter alterationem & generationẽ reperta differentia,hoc necessariò discrimine existente:nam hæc materia,vt subiecto existit,illa verò toto composito: insuper,generatio in substantia, alteratio verò in qualitate versatur. Nunc vero sit hoc modo sic definitum.*

2. Solu. 3. Solu.

CAPVT. TERTIVM.

Tex.11. ¶His autem determinatis pertractatisq; primò contemplari oportet vtrùm simpliciter quippiam, an propriè nihil generetur: corrũ

patur

paturuè, ſemper autem ex quodá quiddam fiat, vt ex ægro ſanum, & ex ſano ægrum: aut puſillum è magno, & magnum è puſillo: & reliqua omnia ad hunc modum. Nam ſi generatio ſimpliciter ſit, quidpiam profectò è nõ ente ſimpliciter, abſolutequè fiet. Quare verum erit dicere, quibuſdam nõ ens competere: quippe cùm generatio quædam è quodam non ente, ceu è non albo, vel non bono fiat. At ſimplex generatio è non ente ſimpliciter fit. Porrò ſimpliciter, abſolutequè non ens, aut id quod ex omnibus entis prædicamentis primum eſt, aut quod eſt vniuerſale, & cuncta ambit, contineq; ſignificat. Igitur ſi primum, è non ſubſtantia erit ſubſtantiæ generatio. At cui ſubſtantia non competit, nec ei cæterorum prædicamentorum vllum, veluti qualitatem, quantitatem, aut vbi cõpetere poſſe palam eſt, nam alioqui, affectus ipſi à ſubſtantia ſeparari poſſent. Quòd ſi ita res habeat, omnino ipſum non ens, vniuerſaliter omnium erit abnegatio. Quare id quod generatur, ex nihilo gignatur erit neceſſe. Sed de hiſce in alijs libris latius addubitatum, ſimul atquè definitum fuit: verùm compendioſe in præſentia quoque dicamus oportet, è non ente ſimpliciter aliquo modo fieri generationem, & alio ex ente ſemper: nãque ens potentia, ſed actu non ens, præexiſtat eſt neceſſe: quod ſanè, vt patet, vtroq; dicitur modo.

¶Expoſis veterum poſitionibus, atquè Democriti rationibus quibus individua illa corpora ſyllogizabat, valere iuſſis, ad veritatem manifeſtandam ſe præparat iam hinc Ariſtoteles, & vnam ſuſcitat controuerſiam, Nunquid generatio ſimpliciter quæ ſolius eſt ſubſtantiæ poſſibilis ſit: an duntaxat ſit generatio ſecundùm quid, quæ eſt accidentis productio. Quæſtio autem multis de cauſis vtilis videtur, non ſolùm quia ex eius ſolutione materia obſcuriſsimum & reconditiſsimum generationis ſubiectum elucidabitur: verùm quia eſt eorum quæ dicentur potiſsimũ fundamentum. Cupiens ergo nos firmiores facere admonitoſq; admitere, & vt cautiores attentioreſquè accedamus, tentat prius rationibus probabilibus generationem auferre, oppoſitos errores afferẽdo, qui eſt commodus docendi modus. Dubitatione enim mens ſuſcitatur & erigitur ad veritatem ipſam indagandam: atq; adeò ſolutione adhibita in aliã atquè aliam incidit quæſtionem. Quibus omnibus ſolutis, manet noſtra de generatione ſententia firma. ¶Quo litera Ariſt. fiat nobis expeditior placuit à communibus præceptis ex phyſicis petitis rem exordiri, vt tam ſingularis admirãdiq; Ariſtotelæi artificii admoneatur lector: qui ex veterũ ignorationibus ſuæ diſciplinę viã ſternit. Ponebant enim omnes vnum ſubiectum commune, in trãſmutationibus vnam materiam, quæ fuit omnium eorum receptiſsima ſententia, vt lib. 1. Phyſi. tex. 33. dixit Ariſt. ſenſiſſe omnes Ex nihilo nihil fieri. Eſſet enim infinitæ immenſæq; virtutis nullo ſuppoſito ſubiecto quippiam operari: obidq; is modus operandi immenſo optimoq; omnium opifici Deo ſolùm conceditur. Cõfirmatur: quia indigemus ad omnem motum aliquo fixo, quo innitamur: agentia igitur finita innixa alicui materiæ operantur, quare nõ ex nihilo: obidq; Ariſt. 1. Phyſi. tex. 62. in omni operatione ſupponi aliquod ſubiectum & fundamentum docet. Ars enim naturę imitatrix hoc docet, quę nunquàm ſine aliquo ſuppoſito ſubiecto aliquid facit. Sicut ergo ea quæ arte: ita & quæ natura fiunt quæ potentiam habent ad vtrunq; manentem ſub vtroq; termino ſine ſuppoſito ſubiecto fieri non poſſunt, vt. 7. Meta.

Scopus modus thodique cõſilij aperitur.

Stabilitur materia.

Ratio. 1.

Secunda.

Meta. tex. 22. quaſi à priori docet Ariſt. Nam quod fit, ab aliquo agẽte in actu fit: ergo ex aliquo in aliquod mutatur, quod mutatur autem, manere opus eſt in eo, quod fit, ſiquidẽ poſsibile eſt eſſe & non eſſe. Quod & ſenſu experimur in naturalibus, quod eſt calidum manet & fit frigidum. In artificiis verò quod eſt lignum manet & fit ſedes. Quod mutatur igitur ex quodam in quiddam, manere debet ſub vtroque termino, ſicut in motu etiam locali, quod mouetur ſub vtroquè termino permanet. ergo ſi in omni motu, tam arte, quàm naturà conſtante, neceſſe eſt aliquam ſubiici naturam: ſequitur, materiam eſſe vnam omnium rerum, atque ſinũ vnum & receptaculum, ſine omnis tranſmutationis ſubiectum. Quæ rationes communes ſunt & reſpectu accidentis & reſpectu ſubſtantiæ: tamen propriam adhibet reſpectu ſubſtantiæ Ariſto. libro. 1. Phyſicorum cap. 6. Vbi enim. tex. 50. probaſſet rerum naturalium principia eſſe contraria, atque in vnoquoquè genere vnicam eſſe contrarietatem (quoniam contraria ſunt ſub eodẽ genere, id eſt, in eadem potentia inuicem tranſmutabili: etiam in ſubſtantia ſua eſt contrarietas ſiue oppoſitio ſecundùm habitũ & priuationem, quæ eſt omnium prima ad quã omnes reducũtur) ſtatim tex. 51. & 52. dicit in omni cõtrarietate neceſſarium eſſe vnũ ſubiectum, in quo duo contraria principia ſuas explicent operationes. Intelligibile ſanè nõ eſt quem in modum vnum contrarium alterum tranſmuter, niſi vtrunquè operetur circa vnum tertium ſubiectum, quod ſub vtraquè forma maneat. Præſertim cùm habitus atq; priuatio nata ſint fieri circa idem. Vnde fit meritò Ariſtotelem libro primo Phyſicor. text. 69. docuiſſe materiam per analogiam cognoſcibilem eſſe, non ſolùm habitudine ad materiam ſecundam in artificialibus, atq; ratione habita ad ſubſtantiam, quæ ſubiectũ eſt tranſmutationis accidentalis, verùm etiã per ordinem atquè habitudinem ad formam cùm nihil ſit cognoſcibile, niſi vt eſt actu. materia verò actu eſt per formam: ipſa verò ſecluſa, potentiã duntaxat eſt. Cognoſcitur ergo vt neceſſarium ipſius formæ ſubiectum. Meritò inſuper eodem libro primo Phyſicorum text. 62. & 63. & 64. docebat ſubſtantiam ſolam ſimpliciter generari: accidens verò non, niſi ſecundùm quid. nam fieri via eſt ad eſſe, ſubſtantia ſimpliciter eſt. ergo ſimpliciter fit: accidens non habet ſimpliciter eſſe, ſed ſecũdùm quid, ergo nec fieri

Quarta.

Quinta.

Corollarium.

Alterũ corollariũ.

Vt intelligamus, quàm perpetuò ſibi Ariſto. conſtet in aſſerenda entis analogia, quã inter turbãt ii, qui à limine (vt aiũt) philoſophiã nõ ſalutarunt. Prætereà vt principia omnia ſupponamus, & vt optimus hic text. clarior fiat ex Ariſto. eſt aduertendum eodem primo phyſicorum cap. octauo. Omnes veteres philoſophos à vero deuiaſſe vel ob intellectus imbecillitatem, vel ob imperitiam diſputandi deturbatos in magnas inſcitias & anguſtias detruſos fuiſſe, cùm viderent ex non ente atquè ex nihilo fieri nihil. Colligebant ergo ex ente fieri: quare illud principium materiale in actu ponebant: obidque minimè ſaluabant generationes, quia res nõ nouari, ſed erui atquè in lucem prodire dicebant. Ariſtoteles verò maximo ingenii acumine, quo præditus erat, materiã ex tranſmutatione inueſtigauit: inuentamque, naturam eius diſtinxit, aſſerens, ens actu eſſe non poſſe: non enim fit quod eſt, nilquè tranſmutatur in id quod eſt. Nam quod mutatur eſt in potentia neceſſariò: ergo non erat in actu. nequè omnino nihil, ex nihilo fieri, nil poteſt. Eſt igitur natura materiæ media inter eſſe ſimpliciter, & ſimpliciter non eſſe: quia eſt potentia, quæ mediat inter eſſe & non eſſe, hoc eſt, priuatio in ſubiecto aptò nato, quæ inter affirmationem & negationem mediat. Fit ergo ignis ex per ſe non ente, quod antiquis fuit mirabile vbi illud: per ſe determinet priuationem illam in ſubiecto aptò nato. Fit ergo ex materia, quæ nullus eſt actus, ſed pura potentia, atquè ratione priuationis non ens, qua concedente & abeunte fit res: nam fit præſens habitus. Non tamen fit ens ex non ente ſimpliciter, id eſt, ex mera negatione, hoc enim eſſet ex nihilo aliquid fieri. Ad vniuerſam igitur generationem pluri mum confert priuatio, quia quamuis non ſit principium rei in facto eſſe, eſt tamen per ſe principium in fieri, cùm cõtingere nõ poſsit vt fiat aliqua res in eo ſubiecto, in quo ei nõ ſit oppoſitum aliquod, fit enim omne ex ſuo contrario, primo Phyſi. tex. 43. Et omne recipiẽs denudat à natura recepti vt. 2. de Anima dicem⁹. ideoq; ſemper preſente priuatione rẽ ipſam corrũpi, atq; in potẽtiã & nõ eſſe dilabi, eſt neceſſe: abſente verò, naſci atq; oriri, & ad eſſe vocari. Quare rectè ab Ariſto. 1. Phyſicorum tex. 82. definita eſt materia. Primũ ſubiectum vniuſcuiuſq;, ex quo fit aliquid, cùm inſit non ſecũdùm accidens, & ſi corrũpitur in hoc

Nota.

Materia ens potẽtia non actu. ex vſu priuationis demonſtratur.

Materiæ primæ finitio.

in hoc abibit vltimũ. Quibus habitis atq; expensis literæ contextus facilis est atq; expedi-
Expositio textꝰ propria. tus. Ponit quæstionem Aristoteles, vtrum sit aliquid, quod simpliciter generetur id est, secundùm subſtãtiã & formam ſubſtãtialẽ quę dat esse simpliciter, & nõ tantùm ſecundùm accidens & paſsiones, quę adferunt esse ſecũ-
Documẽtum. dùm quid, & ideo ſecundùm quid fiũt. Deinde pro ſolutione (mea quidẽ ſententia) vt futurę diſputationi fundamẽtũ præponat, vnũ documẽtum proponit ex. 7. Meta. tex. 22. petitum, atq; ex. 1. Phyſi. c. 5. Omnem tranſmutationem esse ex quodam in quiddã, id est, inter duos terminos, ſub quibus, quod trãſmutatur, viciſsim maner, vt idem ex magno paruum, & è diuerſo: vbi idem ſemper manere intelligamus, ſub esse & nõ esse: qui ſunt termini tranſmutationis. Aliquid enim vnũ & idẽ est, qđ poſsibile est esse, & nõ esse: ſub quibus viciſsim mutatur. Nõ est igitur locus prę-
tereũdus, aut intactus relinquẽdus vt à multis relinquitur: nec aſserẽdum cum aliis, hic Ariſtotelẽ vna ratione, generationem improbare: ſed tãtùm hoc fundamentum proponere, in quo neceſſum est Ariſtoteli, cũ reliquis philoſophantibus cõuenire, vt facilior ſit ad diſputationẽ ingreſſus. Atq; mox vt noſtrã in huius rei contemplationem attentionem
venetur: atq; mẽtes noſtras in veritatis inueſtigati onẽ erigat: nodum difficultatis propõ-
1. Ratio. nit, quo explodere generationẽ duabus ratio-
nibꝰ conatur. Prima. Quod generatur, omne ex aliquo generatur, atq; ex ſua priuatione vt dictum est, ergo quod ſimpliciter generatur, ex nõ ente ſimpliciter, quod est impoſsibile: impoſsibilius autẽ est, non ens ſubſiſtere. Nã ſicut generatio ſecũdùm quid ex nõ ente ſecũdùm quid: ita generatio ſimpliciter ex nõ
ente ſimpliciter, quare à ſimili argumẽtatur, ſicut non album mutatum in album ſubſiſtit
2. Ratio. non ens mutatum in ens ſubſiſtet. Secundò argumentatur, vt autẽ exactius ſit argumentum ſupponendum est, nõ ens dupliciter negare, aut in genere, vt ſubſtãtiã ipſam neget,
Suppoſitio. quæ est primum & perfectiſsimum prædicamentũ, vel negat extra genus, ens ipſum trãſcendens & cõmune omnibus prædicamẽtis. Tũ ſic qđ fit ergo ſimpliciter ex non ente fieri oportet, ſi ex nõ ente, id est, ex non ſubſtantia, iam ſubſtantia ex non ſubſtãtiis conſtaret: ſi ex non ente tranſcendenter, ergo ex nihilo. Præterea, ſi ex non ſubſtantia conſtaret ex nihilo neceſſariò conſtaret: non enim exiſtente ſubſtantia, impoſsibile est aliquod alio rum exiſtere. quare, ſi fiat ſubſtantia ex non ente, id est, nõ ſubſtantia, ex vniuerſali entis negatione fieret: vnde ſi generatio ex nõ ente ſimpliciter eſſet ex nihilo fieret. Recuſat Ariſ. quæſtioni ꝓpoſitæ facere ſatis: ſed dicit de hiſce aliis ſatis esse addubitatũ, in primis ſermonibꝰ locis citatis. quare hîc cõpendiosè qđ illic latius dixit reſoluit, generationẽ fieri ex ente in potentia, nõ ente in actu, quãuis omnino non ſit nõ ens actu, vt expoſitum iam est. Nam ſicut nil generatur quin fiat ex aliquo: ita nec corrumpitur aliquid in nihilum. Est enim materia primum ſubiectum, via cõpoſitionis in generatione & vltimum via reſolutionis in corruptione. Generatio igitur & corruptio in materia cõtingunt: & a materia in materiam ſunt excluſiuè. Vnde ſuppoſito illo principio omnium philoſophorũ, ꝙ ex nihilo nihil fit: eiſdem omnino rationibꝰ facilè reiicieẽ annihilatio. Et prærereà ex parte formæ, quia particularia agẽtia corruptionem non intendunt niſi propter generationem. Ergo omnis rei naturalis actio ad esse terminatur. Ex parte verò materiæ: quia agentia naturalia ipſam lædere nequeũt: quia materię non est aliud ſubiectum cum ipſa ſit primum. Igitur ſicut creare nequeunt ipſam, ita neq; annihilare. Ex parte termini etiã vnde ſpecificatur motus, quia in aliquid & non in nihilum terminari debet. Tandem ex parte priuationis: quia ſicut generando à priuatione ad habitum fit acceſſus: corrumpendo ſimiliter ab habitu ad priuationẽ fiet regreſſus. Ergo nõ in negationẽ qđ eſſet anihilare.

Corollarium anihilationẽ negans.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

¶Determinatis autẽ hiſce, id rurſum exactè diſquiramus oportet quod miram habet ambiguitatẽ, quonam inquam pacto generatio ſimplex ſit, ſiue ex ente potentia, ſiue etiam alio quouis modo fiat. Dubitauerit nanq; quiſpiã, vtrum ſubſtantiæ, ac rei huiuſce, ſed non qualitatis, quãtitatis, aut vbi, generatio ſit: eodem modo et de corruptione. Nam ſi quid oriatur, quandam potentia, non actu ſubſtantiam eſſe, dilucidum eſt,

Tex. 13.

ex

ex qua fiat generatio, & in quam id mutari neceſſe ſit quod corruptionem ſubit. Vtrum igitur ex cæteris quæ actu ſunt quippiam huic competet, vtrũ inquam id, quod potentia duntaxat hoc aliquid, atquè ens est, ſimpliciter autẽ neq; hoc aliquid neq; ens, quãtitas erit, aut qualitas, aut vbi? nã ſi actu nihil ſit, ſed omnia potentiã, eueniet & id quod ita est non ens eſſe ſeparabile: & inſuper (id quod ſemper maximè ſunt veriti qui primi in philoſophia verſati ſunt) nihilo prẽexiſtente quippiã gigni. Quòd ſiverũ nõ ſit, hoc quidẽ ſubſtantiã, & hoc aliquid eſſe, ſed è cęteris prędicamẽtis aliquid contingeт (vt iam diximus) affectus ipſos à ſubſtantijs poſſe ſeparari.

¶Ex hac queſtionis primę ſolutione alteram validiorẽ dubitationem occurrere ait Ariſt. quę est velut tacita quedã obiectio in prędecẽtẽ ſolutionẽ, atq; ideò contra determinata duas mouet ambiguitates. Rurſus (inquit) à principio tẽtanda res est & determinãda, & quòd res hęc à noſtris ſenſibus ſit diſtantiſima & remotiſsima, vt percipiatur repetẽda atq; iterũ inculcãda. Prior est: an ſubſtãtię generatio ſimpliciter dicta, ſit ex ente in potentia: cùm ens in potentia nihil ſit, neq; hoc aliquid, neq; qualitas neq; quãtitas, neq; aliquid aliorũ prędicamẽtorum; atq; adeò ex nihilo res fiunt, eueniretq; vt nõ ens eſſet ſeparabile, ideſt, materia per ſe ſine forma. Vtrũq; veriti ſunt primi philoſophi affirmare. Poſterior est: ſi generatio ſit ſolius ſubſtãtię, an cæterorũ accidẽtiũ ſimul. quę quæſtio mirabilis est, quoniã eodem numero motu generatur ſuſtantia atquè paſsiones: vt quid igitur generatio ſubſtantiæ dicitur generatio ſimpliciter, & non accidentium? Aut ſi accidentia per ſe generarentur eſſent ſeparabilia.

¶De hiſce igitur quoad fieri poteſt, & quæ nam ſit cauſa cur generatio tã quæ ſimpliciter, quàm quæ ſecũdum partem fit, ſemper ſit, diſſerẽdum eſt. ¶Sed cùm vna quidem cauſa ſit vnde motus eſſe principium dicimus, altera verò ipſa materies, de tali cauſa dicamus oportet. Nam de illa quidẽ priùs est dictum, cùm de motu agerem⁹, esse inquã aliud quod omni tẽpore perdurat immobile, & aliud quod in motu ſemper est. ſed de principio illo quod mutationi nõ est obnoxiũ, primę philoſophiæ est determinare, ac pertractare. ¶At de eo quod cætera iccircò mouet, quia continuè moueatur, quidnã eorũ quæ ſingularia vocãtur, eiuſmodi cauſa ſit, poſterius erit aſſignandũ. Nunc autẽ eam, quæ velut in materiæ ſpecie ſita est, cauſam, per quã generatio & corruptio nũquam naturà deficiunt, dicamus oportet. Nã ſimul forſitan & hoc emerget, & id quo de nuper dubitauimus, quonam inquam pacto de generatione, & corruptione ſimplici dicere conueniat. ¶Inuehit autem & id quo que magnum abundè dubium, quænã cauſa ſit, vt generatio generationi ſemper cohæreat, & alteram altera ſubinde ſequatur, ſiquidem quod corruptionẽ ſubit ad id proficiſcitur, quod nequaquam in ratione rerum exiſtit: quod autem in ratione rerũ mini

Tex. 14.
Tex. 15.
Tex. 16.

mè

mè existit, nihil est. Nam quod haud est, neque substantia est, neq; qualitas, neque quantitas, neq; vbi. Igitur si semper quippiam eorum quæ sunt in ratione rerum abeat, cur nõ dudum vniuersum ipsum consumptum fuit, atque inane euasit, cùm id ex quo fit genitorum quodquè finitũ sit? non enim propterea quòd id ex quo quid fit infinitum sit, non deficit: id enim esse nequit: nihil enim actu infinitum est, sed potentia tãtùm, nempe diuisione ipsa. Quare hanc solam causam esse oportebat, cur nunquam deficiat, quia semper quippiam fiat minus: nũc autem hoc fieri minimè cernimus.

¶ Aristoteles vt viam præparet ad dictã quæstionem soluendam, aliam nõ de nihilo suscitat quæstionem, qua perpetuitatis ipsius generationis causam inuestigat. Vnde sit, q̃ non deficiant, sed semper sint atquè perdurent generationes. Aduertendũ tamen est, q̃ quãuis. 8. lib. Physicorum motum perpetuũ definierit atquè continuum, hic definit generationem perpetuam, non tamẽ continuã continuitate formæ: quando omnes generationes non copulantur ad vnum terminum communem. Dicuntur tamen continuæ, cõtinuitate causæ primæ effectiuæ & causę etiã materialis, in hunc sensum, quòd non euanescunt, sed semper perseuerant & perdurant istæ causæ, vt possint rerum omnium quietes suscipere & reparare. Occasio verò dubitandi de perpetuitate generationis fuit. nam cùm res corrumpitur & non videatur corrũpi in ens, nequè iam manere, corrumpetur in non ens: atquè cùm entia sint finita, tandem deficerent & exhaurirentur. Deficerent ergo generationes & corruptiones. Quærit autem hanc quæstionem Arist. tex. 13. de generatione, tam quæ simpliciter, quàm quæ secũdùm partem est, non vt aliqui volunt de generatione substantiæ & de generatione accidentis. Sed vt interpretatur Philop. de generatione simpliciter, id est, perfectæ substantię; & de generatione secundùm partes; id est, quę ignobilioris & imperfectioris est substantiæ. Deinde respondurus Aristoteles quæstioni, ex quadruplici genere causæ, posito. 2. Physi. tantum meminit duplicis, effectiuę, scilicet, & materialis, quòd aliæ causæ præsenti negotio non multũ subseruiant, nequè adeò clarè conducant. Istæ verò duæ non parũ cõferant, ex eo quòd præexistunt rebus ipsis factis, atquè tempore antecedunt, aliæ verò priores non sunt, sed simul cũ ipsis, vt duodecimo Metaphy. tex. 16. Arist. demonstrauit. ergo hæ duæ causæ vtiles sunt ad quæstionis dissolutionem. nam vt præexistentes continuò poterunt generationes continere, aliæ verò generationem cùm sequantur, vt cum ipsa simul sint: nõ dicẽtur propriæ causæ perpetuitatis generationis. Ad hæc dicit Aristo. q̃ nequè agendum est de causa illa prima, primoq; principio vnde motus, quod est primũ & omnino immobile: est. n. metaphysicę cõsiderationis quaten⁹ immobile est, quaten⁹ aũt mouẽs ad physicũ spectat. Ergo hic nõ amplius de ipso quàm. 8. Physicorum cõsiderandum est. Id ergo Aristotelẽ tetigisse pro quæstionis satisfactione ex parte causæ efficientis sat sit: præsertim, cum. 2. lib. cap. 10. rursus de ipsa generationis perpetuitate ex parte causę efficiẽtis sit consideraturus. Nunc autem tantùm eã causam quærere instituit, quę ex parte materię est. Nunquid ex parte ipsa aliquid emergat, vnde perpetuę sint generationes, & quæ nam causa sit, ob quam generatio generationi semper cohęreat, ita vt altera alteram subsequatur, maximè cum res infinitæ non sint numero: & ratio Anaxagorę non sit recipienda dicentis, quæ latitabãt per generationem apparere, per corruptionem verò, quasi in Chaos quoddam vocari, in quo secũdùm actum erant occultata, & hanc causam continuationis generationis posuit non deserẽtis naturam, sed quasi quadam repetitione redeuntis. Melissus reiiciendus etiã, qui ne continua generationum & corruptionum serie res finitæ absumerẽtur, principium quoddã materiale ponebat infinitum, quod per nullam ablationẽ & remotionem minueretur. Vtrũq; tamen falsum est, nam secũdùm Anaxagoram generationes ab alteratione nõ distinguerentur, contra Melissum verò principium illud materiale, nõ semel est refutatũ.

Nota.

Philoponus.

Anaxagoras.

Melissus.

Text. 17. ¶ Ergo propterea q̃ interitus huiꝰ, alterius est ortus, & contrà ortus huiꝰ, alterius interitꝰ, necessariò accidit vt mutatio irrequies sit, & subsistere nequeat. Cur igitur generatio, & corruptio similiter semper sit circa vnumquodquè eorũ quæ sunt, hanc apud omnes causam satis esse putandum est.

¶ His omnibus expensis, mẽteq; nostra iam omni prorsus errore purgata, instar agẽtis naturalis denudantis passum ab omni cõtraria forma vt propriam inducat, propriam legitimamq; adhibet solutionem Arist. quare non deficiant, neque nos deserant generationes. In causa est (inquit) quòd generatio vnius corruptio est alterius, & è diuerso. Quæ solutio vt breuissima, ita & optima, cùm non sit corruptio in non ens, vt dubitatio supponebat, sed in aliud ens, & ita vnius corruptio alterius est generatio. desinit sanè corruptio in non ens, id est, in materiam, sed cum quadam commutatione & quasi alterius formæ retributione. Itaque generationis perpetuitatis causa, materia est, quæ cùm non reperiatur sine forma, secundùm formas necessariò permutatur, ita vt vna abeunte, vt ipsa materia sit, altera accedat, in generabilis enim est & incorruptibilis ipsa materia, primo Physicorum cap. vltimo: quæ est vna materiæ innata passio, aut nõ esset primum principium in genere causę materialis: Alteram habet etiam passionem, vt sit nuda puraq; potentia, qua ratione absq; forma consistere non valet: ob id, cùm eius, quam possider, maleficium machinetur, alteram intẽdit, qua, vt sit, opus habet. Simul enim vtranque admittere nõ potest, sed successiuè ne simul habeat duplex esse. Ex potentia igitur materiæ nascitur quòd generatio sit corruptio, atq; adeò quod continua sit & perpetua generationũ series. Nam ex illa potentialitate materiæ appetitꝰ proficiscit̃, & insitũ quoddã desiderium formę, qua priuatur vt ad eã trãsmutetur, appetit enim quodque suam perfectionem. Itaque materiæ primò inest aptitudo ad formam: vnde nascitur priuatio eius formæ, ad quam ordinatur. Ex priuatione verò appetitus, ex appetitu potentia. nam appetitus ad finem dicit ordinem, potentia ad effectum. Quæ omnia talem nobis fingunt materiam, vt perpetuò manẽs necessariò sit causa generationis & corruptionis. Propositionem tamen, quam Aristoteles pro solutione sumit generatio vnius alterius est corruptio. Textu. 21. explicabimus, ideo pergendum vlterius.

Aristotelis sententia ex materiæ natiua cõditione ostẽditur.

Nota.

Text. 18. ¶ Sed quamobrem alia simpliciter, alia non simpliciter oriri, ac interire dicãtur rursus considerem oportet, siquidem idem est generatio huius, & illius corruptio, atque huius corruptio, & illius generatio. Id enim, quandam postulat rationem. Dicimus enim quippiam simpliciter nunc, & non solũ hocce corrumpi: atque hæc generatio generatio simpliciter: & hæc corruptio, corruptio simpliciter est. Fit autem & hocce quidem aliquid, non autem simpliciter: etenim eum qui discit, sciẽtem fieri dicimus, nõ autẽ simpliciter fieri. Quia igitur quędã (id quod definiendo sępe diximus) hoc aliquid significãt, quædã non: hac sanè de causa quod in quæstione versatur euenit. Refert enim haud parũ, in quod mutetur id quod mutationẽ subit: verbi causa, quæ ad ignẽ fit trãsitio ea forsitã generatio simplex est: & alicuius, ceu terræ, corruptio. At terræ generatio, generatio quædam est, cæterùm generatio simpliciter non est, sed corruptio simpliciter, puta ignis, si

cuti Parmenides asserit, qui duo, ens inquam, & non ens, ignem, & terram esse dicit. Verùm hæc, an alia eiusmodi supponãtur, interest nihil: quãdoquidem modum quærimus, non subiectum. Quæ igitur ad nõ ens simpliciter fit migratio corruptio simplex est. Quę verò ad ens simpliciter, simplex generatio. Quibus igitur illę, siue igni, & terræ, siue quibusdã alijs definitę sunt, horum profectò alterũ ens, alterũ non ens erit. Vno igitur modo simpliciter quippiã generari, ac corrumpi, & non simpliciter, hoc inter se differunt. Altero, materiæ qualitate, cõditionéue. Cuius enim differentiæ potiùs hoc aliquid significãt, ea magis substantia est. Contrà, cuius differentiæ priuationem magis significant, ea magis non ens est. Vt calor, prædicamentum quoddam, & species est: frigiditas, priuatio: his autem differẽtijs, ignis & terra differunt.

¶ Dubitationem aliam exponit atq; causas explicat ob quas generatio simpliciter à generatione secũdùm quid differat propter rationẽ superiùs factã eãdẽ enim mutatione generantur & corrũpunt. Ex dicta solutione patet: quia generatio vnius est corruptio alterius: & ita responsum est ad primam rationem in principio positam. Itaque propositam quæstionem soluit ponendo hanc conclusionem, scilicet, quòd non omnes generationes sunt eiusdem rationis, quoniam generatione simpliciter res incipit esse simpliciter secundùm substantiam, generatione verò secundùm quid, non nisi secundùm accidẽs. Ergo cùm ex quinto Phy. tex. 5. motus & vniuersaliter mutationes omnes per terminos ad quos specificentur, ratione terminorum different mutationes istæ: simili etiam modo de corruptione philosophandum) Ratio est, quoniã per generationem secundùm quid non incipit esse substãtia & compositum substãtiale, sed supponitur saltem in priori naturæ: extrinsecam ergo suscipit denominationẽ. Itaque vt aliquid simpliciter generetur, primũ omniũ requiritur q̃ recipiat esse simpliciter: secũdo, vt motũ non localẽ, sed alterationis terminet, saltẽ extrinsicè, vt insinuatur lib. 6. Physi. tex. 59. Quo fit, vt effectu primi, composita accidentalia simpliciter nõ generẽtur, respectu verò secundi, nec artificialia vt statua. Quare licèt eãdẽ mutatione cõparetur substantia & accidens, tamen quæ est terminorum distinctio, ipsarũ erit generationũ. Inquirit autem Aristo. huius consuetæ & vulgaris distinctionis causam: & asserit tribus differentiis generationem quandam, siue secundùm quid, à simplici distingui. Prima est ex differentia accidentis & substantiæ: nam hæc ens simpliciter, illud secundùm quid appellatur, vt in prædicamentis, & lib. 7. Met. à principio vsq; ad tex. 4. lib. & 4. tex. 2. & nullibi non asserit Philosophus, substantiam habere esse, accidẽs non esse, sed inesse: quia non est ens, sed entis ens, vt. 11. Meta. cap. 3. & 7. lib. tex. 15. Et ita communi modo loquimur sicut & concipimus: concipimus autem, sicut sunt res: ergo generatio substantiæ meritò dicitur simpliciter, generatio verò accidentis secundùm quid. Secundam arguit differentiam à simili, substantiæ substantiam conferendo, vt superiùs tex. 13. dicebamus. Nam, non tantùm antiqui, vt Empedocles, ignem ens, & terram non ens, & vniuersum perfectum esse vocabant, imperfectum non esse. Sed & nos dicimus ea quidem ratione, qua imperfectum rationem sortitur materiæ, atque partis, perfectum verò formæ atque totius: qua comparatione rectè dixeris, perfectum simpliciter, imperfectum secundùm quid generari. Habet enim quòd imperfectum est locum non actus, sed potentiæ. Ergo sumpto argumento à maiori, atque ex antiquorum testimonio & autoritate. Si ignobilioris substantiæ generatio, dicitur secundùm quid generatio, quid mirum, quòd accidens multò imperfectius quacunque imperfectissima substantia dicatur secundùm quid generari? Atque è diuerso: Si substantia perfectior respectu imperfectioris sub-

Generationis simpliciter à generatione secundùm qd. 1. Differẽtia.

2. Differẽtia.

substantiæ, simpliciter dicitur generari mirandum non est, si & respectu accidentis simpliciter generetur. Vbi aduertẽdum, quòd ex differentia secundùm modum colligit differentiam secundùm subiectum & materiam. Quocirca notandum etiã, adducere Aristotelem ex antiquorũ erroribus similitudinẽ: vt eos suauiùs in suam trahat pelliciatq; sententiam. Argumentatur tertiam differentiã ex comparatione accidentis cum accidente, in quibus etiam reperitur differentia secundùm actum & potentiam, habitum & priuationem, perfectum & imperfectum, totum & partẽ, & huius generatio secundùm quid, vt frigiditatis: illius verò simpliciter, vt caliditatis. Habet enim se caliditas ad frigiditatem vt habitus ad priuationem. Itaquè, vt in summa dicamus, harum generationum distinctio vel fundatur in diuersitate naturarum accidentis & substantiæ, vt in prima differentia sumitur secundùm diuersitatem subiectorum, vel in identitate naturæ substantiæ aut accidentis, sola facta variatione secundùm rationem perfecti aut imperfecti, vt secunda & tertia differentia: & tunc quidem non inspicitur diuersitas naturæ, sed diuersitas perfectionis. Duodecimo enim Met. tex. 22. perfectum & imperfectum rationem sortiuntur habitus & priuationis. Non enim tãtùm materiam quærimus, sed differentias, & distinctionis modum.

Nota.

3. Differẽtia.

Súma colligitur.

Text. 19. ¶ At plerisque videtur, illa potius sensibili, & insensibili differre. Nam cùm ad sensibilem materiam mutatio fit, tum gigni quippiam aiunt: cùm ad eam, quæ sub sensum non cadit, corrumpi. Quandoquidem ens, & non ens sentiendo, & non sentiendo definiunt: quemadmodum quod scibile est, ens esse asserunt, quod sciri non solet, non ens: quippe cùm sensus ipse, scientiæ vim obtineat. Igitur hi vt res ipsas viuere quia sentiant, aut sentire possint: ita easdem esse, quia sub sensum cadant arbitrantur, veritatem modo quodam sectantes, sed hoc falsi dicentes. Itaquè generari quippiam simpliciter, atquè corrumpi, iuxta opinionem alio atquè veritatem accidit modo. Nam spiritus, & aër sensu quidem, minus sunt, & proinde illi, quæ simpliciter corrumpuntur, mutatione ad illa tendente corrumpi dicunt: atquè generari, cùm in rem tangibilem, terramque mutantur. Reuera verò, hoc aliquid & species magis sunt, quàm ipsa terra.

¶ Aristoteles non in cassum antiquorum inducit opiniones, sed vt ad generationis notionem nos ipsos præparet, tum etiam vt distinctionem inductã ampliùs exponat: quod est mirandum Aristotelis artificium, qui in malè dolatis fundamentis, omni priùs excusso errore, suam fundat sententiam: atque adeò erit quarta, & si mauultis tertia differentia, si duas illas secundùm perfectum & imperfectum in vnam (vt par est) redigamus. Ex veterum philosophorum intellectu nostras mentes præparat, pleriquè enim philosophorum ens & non ens per sensibile & insensibile secernebant, nil altius sensu arbitrantes: quamobrem quoties res sensibilis comparabatur, generationem simpliciter appellabant, siue substantia esset, siue accidens: cùm verò insensibilis, secundùm quid. Itaquè, cùm subsensum non cadebat corrumpi dicebant: suamque comprobabant opinionem, quia ens & sensibile conuertuntur, idemque esse sensationem & sciẽtiam, sensibile & intelligibile opinabantur: quare sensum ab intellectu non separabant. Quo errore manifestato Aristo. arguit, generationem simpliciter à secundùm quid differre, ex horum hallucinatione inter sensatum & non sensatum, ens & non ens, sic nos inter ens simpliciter & secun-

4. Differẽtia.

dùm quid. Tamen falsum est, nihil esse, quod non sentitur: non enim essent intelligentiæ orbium motrices, neque substantiæ, quoniam non sentiuntur, in hanc enim rem accidentia nobis adminiculo sunt, vt inuestigemus substantiam. Qua vna de causa cœlorũ determinatio difficilis est, quòd non habeãt accidentia, vel pauca, & nobis minimè perspecta.

Text.20. ¶Cur igitur sit, aut non sit simplex generatio, quæ eadem alicuius corruptio est, & corruptio simplex, quæ itidem generatio alicuius est, causam diximus. Nam id ob materię discrimen euenit: nempe aut quod ea substantia sit, vel non sit: aut quod hæc magis, illa minus: & quia materia ex qua mutatio venit, & ad quam proficiscitur, alia magis, alia minùs sensu percipi queat. Dicuntur autem quædam simpliciter, quædam solùm aliquid fieri: non ob mutuam generationem, iuxta eum quem nuper diximus modum. Nam hoc tãtùm nuper definitum, determinatùm que fuit, cur nam cùm omnis generatio sit alterius corruptio, & omnis corruptio cuiuspiam alius generatio, tam oriri, quàm interire non similiter tribuamus hisce, quæ in sese vicissim mutari solent. At quod postremo loco fuit dictum, hoc idem minimè in quęstionem reuocat: sed quam obrem quod discit, non simpliciter fieri, sed fieri sciens, quod verò nascitur, fieri dicatur. Hæc autem prædicamẽtis distincta sunt. Nam alia substantiã, alia qualitatem, alia quantitatem significãt. Quæcunquè igitur substantiã nõ significant: ea nõ simpliciter: sed quippiam fieri dicuntur. Verùm enimuero, in omnibus generatio simpliciter iuxta ea quæ in altera sunt serie, dicitur, vt in substantia, si ignis fiat sed non si terra: & in qualitate, si scium, sed non si inscium. Quòd igitur quædã simpliciter oriantur, quædam non, etiam omnino in ipsis substantijs, dictum est: & quòd vt generatio cõtinuè sit, causa vt materia quæ subijcitur est, quia in cõtraria mutatiua est: atq; in substãtijs semper vnius generatio, alterius est corruptio: & vnius corruptio, generatio alterius.

¶His dictis differentias resumit, atquè breui epilogo claudit, quibus generatio simpliciter à secundùm quid discriminetur. Et vt est omnium commune dictum, absolutè tãdem dicit propter materiã differre, atq; accidẽtis & substantiæ naturam. Quare nos quadruplicem possumus differentiam ponere. Prima, ꝙ generatio simpliciter in substãtiã: secundũ quid, in accidẽs terminatur. Secũda, ratione perfectionis, secundùm perfectũ & imperfectũ, siue accidẽs sit, siue substãtia, quę cõparatur. Tertia, quia generatio simpliciter, alicuius est corruptio semper & necessariò, ꝓpter causarũ efficiẽtiũ necessitatẽ, & materię indigẽtiã: quę cùm pura sit potẽtia, separabilis nõ est ab actu & forma, vt superiùs tex. 12. dixit Aristo. ob idque forma corrumpenda desinit per primum non esse, inducenda verò incipit per primum esse, ne materia detur sine forma, vel simul duabus informetur. In generatione auẽ secundùm quid, non semper generatio vni⁹, corruptio est alterius: quoniã medii illuminatio ex nullius qualitatis corruptione est: solũ enim est cessio priuatiõis siue tenebrarum: eodem etiam modo de scientia, ex mera priuatione siue ignorãtia priuatiua. Nequè adhuc generatio vnius corruptio est alterius, cùm contraria sese compatiantur in gradibus saltem remissis (vt explicabitur postea) vbi non omnino recedit vnum accidẽs aduenientre altero, quod in substantiis non permittitur. Postrema differentia iuxta antiquos est secundùm sensibile & insensibile: si quæ autem aliæ differentiæ sunt, ad has reducuntur. Impositurus itaquè Arist. vltimã manum quæstioni propositæ de generatione, tres numero præmittit suppositiones: quibus, propositis principiò argumẽtis faciat satis. Prima: de generatione bifariam loqui cõtingit: vno modo absolutè, vt substantiæ generatio simpliciter, accidẽtis verò secundùm quid appelletur: alio modo cõparatiuè & vniuersaliter in omni prędicamento, in quo est perfectioris formę generatio simpliciter, imperfectioris verò secũdùm quid. Secunda: In sequẽtibus de cætero nobis absolutè loquendum est, vt per generationem simpliciter, substantię: & per generationem accidẽtis, secundùm quid intelligamus. Tertia: Causa continuitatis & perpetuitatis generationis rerũ, est effectiuè à superioribus, vt infrà exponetur, nunc verò à materia: quoniã est subiectũ vnũ numero quod in cõtraria transmutatur, in qua fit illa formarũ transmutatio. Euacuata enim vna forma, altera succedit, ne detur non ens, siue materia substistens absq; forma. Ob idq; rectè dixit Arist. ꝙ in substãtiis semper corruptio vnius est generatio alterius & èconuerso: in infinuãs, aliter esse in accidẽtibus cùm subiectum sit ens actu, quod per se potest esse, non indiget corrupta vna forma, vt altera inducatur: habet enim subiectum esse simpliciter, quo possit substistere ante omne esse accidentale quod adducit accidens.

Positę differẽtię exponũtur amplius.

Altera expositio.

Text.21. ¶At verò nec dubitasse cõuenit, quam ob causam corruptis quibusdã semper generatio fiat. Nã vt corrumpi simpliciter quippiã dicunt, cùm illud ad insensibile, & id quod haud est, proficiscitur, sic & ortũ subire ex eo quod haud est, cùm ex insensibili fit. Siue igitur subiecto quopiam existente,

siue non, ex eo fit quod haud est. Quare simili modo & ex eo quod haud est, generatur, & in id quod haud est corrumpitur. Meritò igitur generatio non deficit: quippe cùm generatio, corruptio sit eius quod haud est, atque corruptio generatio eius quod haud est.

¶Quibus sic positis, omnibusq; subortis dubitationibus solutis, per hoc quod huius corruptio alterius est generatio, mẽtionem nũc facit Arist. rationis dubitationẽ probantis, atq; generationẽ destruẽtis, dicitq; locũ iam illi rationi nõ relinqui, quoniã vera est hęc conclusio, ꝙ omne quod generatur, ex non ente simpliciter generatur, illãq; colligit ex multorum hominũ vsu, cõmuniq; cõsensu. Nam, si generatio est trãsitus ab insensibili ad sensibile, corruptio verò cõtrà: erit igitur generatio mutatio de nõ esse ad esse, corruptio verò è cõtrario. Ergo, si generatio est ad esse simpliciter, erit de nõ esse simpliciter: & si in corruptione corrũpitur esse simpliciter, in nõ esse simpliciter corrũpetur: simili enim modo fit, atq; corrũpitur res ex sua priuatione: ergo in nõ ens simpliciter. Quod artificiũ nũq; nõ ob seruat Arist. vt ex aliorum erratis veritatẽ inquirat. Nam, cùm semina veritatis sint nostris mentibus insita, sępenumero ab inuitis & insciis pectoribus veritas erũpit: magno namq; impetu nos natura ipsa ducit ad cõclusiones ex principiis illis pẽdentes, nõ secus ac lapis ad mediũ vniuersi ruit absq; vlla cognitione. Ita intellectus à veritate, quã in se incognitam habet, coactus, vera quasi prænũciat & confitetur nescius. Secundo modo probãt proprius ex modo loquendi naturalium dicẽtium, corruptionẽ esse ad nõ ens, generationem verò ex nõ ente. Et ratio est: quia, sicut generãtur res, ita & corrũpuntur: generantur autẽ secũdùm esse simpliciter, ergo ex illius priuatione generãtur. Sic tamẽ, vt terminus ad quẽ corruptionis, sit terminus à quo generationis: inde enim incipit generatio vbi desinit corruptio. Est ergo omnis generatio ex nõ ente, quia ex materia, quæ omniũ rerũ priuatione non ens dicitur actu, ens verò in potẽtia. Meritò igitur cõcludit Arist, generationes

Nota.

tiones non deficere: quoniam perpetuitatis earum causa rectè in materiam soluitur. ¶ Arguet quispiam: præter materiam formam & priuationem, quartum esse ponendum principium rerum naturalium, subiectum (videlicet) corrumpendum: atq; adeò res fierent ex ente in actu: patet, quia generatio est ex corrupto. Defenduntur tria tantum esse principia intrinseca, materiam, formam, & priuationem: efficiens autem & finis, etsi intra numerum causarum contineantur, extrinseca sunt non intrinseca principia, sed ad huc per se necessaria: at verò corruptum extrinsecum est principium, sed per accidens, quamuis necessarium: nunquàm enim generatio erit absque corrupto. Per se enim ad rationem generationis nō requiritur, nisi quòd fiat ex ente in potentia: tamen, quod sit necessaria corruptio & corruptum supponatur, aliūde est: quia materia, ex qua res debet fieri, separari, atquè subsistere sine forma nō potest: ob idq; generationis p se subiectū propinquū, immediatum, & necessarium materia prima est: totum autem ipsum quod corrumpitur, subiectum per accidens est remotum, atq; mediatum, quod ad rationem transmutationis nō exigitur vt transmutatio est, secus autem vt hæc transmutatio. ¶ Oportet igitur examinemus nunc propositionē illā, generatio vnius est corruptio alterius. Multa enim sunt, quæ eam videtur reprobare. Primùm q̄ sunt mutationes oppositæ: ergo vna nō est altera. Deinde, quia forma quæ corrumpitur, non est forma quæ generatur: ergo generatio nō est corruptio. Tum etiam, quia accidentia, quæ nobis opem ferunt ad substantiæ cognitionem, oppositum commonstrant. Tandem, in nobis corrupta forma embrionis, nō generatur forma hominis: &, generata forma cadaueris, non corrumpitur nostra forma rationalis. Tamen probè intellectis quæ in Arist. diximus, minimè calumniis locus relinquitur. Nam prima obiectio satis est soluta ex his quæ. 5. Physi. asseruntur, corruptionem scilicet & generationem diuersorū, non esse oppositas, sed eiusdem, & adhuc secundùm idem. Nam tempus & motus, simul dū fiunt, labuntur & desinunt: sed non secundùm idem: desinunt enim secundùm partes quæ prætereunt: fiunt autem, secundùm eas quę adueniunt partes. Secūdum verò, quod obiciebatur impropriè sumit generationem & corruptionem pro forma, nā generatio & corruptio actio est illa, vnaq; mutatio termini à quo in terminum ad quem, quæ eadem est secūdùm rē, secundùm rationē diuersa, vt 3. Phy. tex. 21. mōstrauit Arist. Et quāuis ponerētur idē secūdùm rē & rationē, nō sequit: generatio & corruptio est eadē mutatio, ergo qđ generat corrūpit: sicut nō valet (vt tex. citato docet Arist.) doctio & disciplina sunt idē ergo discere & docere idē erit. Atq; similiter nō sequitur: inter Athenas & Thebas idē est interuallū, eadēq; distātia, ergo idem distare: quoniā in concreto fit applicatio ad diuersos terminos, qualis nō est in antecedenti, quod est abstractū. Et similiter tex. 18. eiusdē tertii: Idem est spatiū inter vnū & duo, tamē proportio vna nō est: duorū enim ad vnū dupla, vnius ad duo subdupla. Ad tertiū textu supe riori responsum est. In substātiis semper esse verū, generationē vnius corruptionē esse alterius (vt illic dicebat Arist.) in accidēt ibus verò nō itē: ratio ex eo loco petēda. Vltimū verò, quod opponebatur, solui debet ea doctrina Peripatetica, q̄ totū est atq; compositum quod per se generatur: quoniā id est quod habet esse, vt. 1. Phy. tex. 64. atq; lib. 7. Metaph. tex. 27. docet Arist. Quare homo fit aut corrumpitur nō anima, nam esse verè dicitur totius, & nō partis. Neq; est generatio per congregationē solam materię cū forma, aut corruptio per disgregationē: sed per verā totius cōpositi inceptionē aut desitionem, vt paulò pòst examinabimus, declarando quomodo fiat generatio, vnde sit adducta forma qua res generatur. Itaq; totus homo verè generatur atq; corrūpitur, perditq; esse simpliciter cū moritur, quāuis partes maneāt, quarū non est Physica sed Metaphysica consideratio.

Argumē. tum.

Solutio.

An generatio vni⁹ sit alteri⁹ corruptio Primum.

Secundū.

Tertium.

Quartū.

Ad primum.

Ad secūdum.

Ad tertiū

Ad quartum.

¶ Sed quęret aliquis vtrū hoc ipsū quod simpliciter nō est, cōtrarijs sit alterū: verbi causa, vtrū nō ens sit terra, & id quod graue est: ens verò ignis, & quod leue est: an nō, sed ens terra, nō ens verò terrę materies, atq; ignis similiter? Et vtrū materies vtriusque diuersa sit, an nec ex sese mutuò fierēt, nec ex cōtrarijs? nam hisce, igni inquam, terræ, aquæ & aēri, contraria insunt. An partim est eadē, partim diuersa?

Text. 22

diuersa? quod enim aliquando cùm sit, subiici solet, est idem: at ratio non item eadem est. Sed de hisce, actenus.

Naturam materiæ exploraturi. Primò ex rōne subiecti.

¶ Cùm igitur satis Arist. docuerit de generatione simplici & secundùm quid, & quę habeat significata: nunc addubitat & quærit de simpliciter non ente, sit ne aliquid contrarium rum, priuatiua (scilicet) differentia figuratū, vt terra quæ est nō ens respectu ignis, an sit aliquod ex elementis, quę erit secunda quæstio. Dicit enim nō esse illud nō ens, aliquod ex elementis. Nam, terra inter elementa sola videtur non ens, ob eius imperfectionem. Sed etsi respectu ignis, rationem videatur sortiri materiæ (est enim igne imperfectior) tamen est in se ipsa ens actu, quod non potest esse generationis subiectum. Præterea subiectum generationis est materia terrę: sed terra non est sui ipsius materia. Similiter materia terræ, ipsius ignis etiam est materia: sed terra non potest esse ignis materia: ergo nullum istorum subiectum est generationis: sed ipsa terra materiam habet, quæ & ipsius atquè ignis possit esse subiectum. Materia nanque neque est quid, quale, nec quātum, nequè aliquid aliorum prædicamentorum: vsque adeò vt elementa mixti materia appellari non debeant. Ponit deinde alteram conclusionem, qua amplius exponit huius materiæ naturam per rationem transmutationis videlicet, eandem esse secundùm numerum omnium generabilium & corruptibilium materiam. Nam cùm ex se inuicē trāsmutentur, tanquàm ex contrariis: necessum est vnum & idem esse subiectum transmutationis. Nam, si subiectum esset diuersum, cōtraria ad eandem potentiam minimè spectarent, nequè amplius ex se inuicem fieri possent. Positum est enim initio huius capitis. Principium, vt idem necessariò subiectū maneat sub vtroq; trāsmutationis termino. Nā, cùm vnū contrariū alterum expellat, quasi pro communi sede pugnant, vt communi vtantur loco, & obid contrarietas est quæ fit circa idem. Quare iam tandem caput absoluit Arist. ponendo vnam & vltimam materiæ conclusionem, videlicet, quòd, quamuis materia duorum cōtrariorum, à qua mutuò se expellunt, vna sit numero, omnium tamen transmutabilium non eadem est numero sed diuersa: vna tamen specie siue naturæ similitudine. Nam secundùm quod est materia, eadem est in omnibus secundùm propriam naturam, qua apta nata est esse primum subiectum atquè receptaculum ad vniuersas formas hospitandas. Tamen esse & subsistentia ipsi non accidit, nisi cum forma aliqua: ergo non est eadem secundùm esse, si quidem non est eadem secundùm formam & substantiam. Materia ergo remota eadem est subiectiuè, proxima verò non eadem, sed diuersa ratione: habet enim differentes rationes in se. ¶ Ex qua materiæ distinctione in cōmunem & propriam, remotam & proximā, soluitur illa grauis quæstio, quę ab Aristo. 7. Meta. tractatur: an materia sit pars quiditatis & essentiæ. Dubitandi occasio est, tum, quia cùm essentia semper maneat eadem, materia autem fluat atquè refluat, videtur ergo materia potius ad indiuidui, quàm speciei rationem attinere. Tum etiam, quia quiditas finita est atquè determinata secundùm esse, materia verò & ad esse & ad non esse indifferens. Insuper quiditas rei causa est, per quam ipsam rem cognoscimus atquè deprehendimus, at materia innotescendi causa non est, vt primo Physicorum tex. 69. materiam non perse, sed per aliud cognoscibilem analogia quadam docet Arist. Tandem quia absurdum videtur, vnam eandemque rem numero, substantiam & quiditatem esse diuersorum: at materia quæ nunc hominis est quiditas, statim materia erit & quiditas cadaueris. Sentit tamen oppositum Arist. qui in primis per vniuersam primum illum Physicorum totus in hoc esse videtur, vt materia rei naturalis principium intrinsecum adstruat, non per accidens, aut in fieri quemadmodum priuatio, sed per esse & in facto esse, quemadmodum forma. Obidquè statim secundo libro Physicorum materiam & formam naturam vocat, atquè definit, Physicum per omne genus causæ demonstrare. Id tamen propriùs atquè exactiùs in prologo de Anima, cùm docet dari definitiones per materiam, vsque adeò, vt Dialecticas definitiones, quæ absq; materia sunt, vanas & inutiles nuncupet, hoc est diminutas & insufficientes, quòd rei integram essentiam minimè assequantur. Ergo, quemadmodum res naturalis ex materia & forma coagmentatur, ita per materiam & formam definietur, quæ per se, primo modo dicendi per se, de ipsa re naturali dicitur. Et ob id. 7. Metaphy. tex.

Secundò ex ratiōe trāsmutationis.

Quæstio nis an materia sit pars quiditatis, & solutio.

1. Argum.

Secundò

Tertiò.

Quartò.

Conclusio.

Ratio. 1.

Confir. 1.

Confir. 2.

Confir. 3.

text. 33. rem naturalem per materiam definiendam docet Aristot. Ratio autem horum hæc est. Nam illud est de essentia rei, sine quo neque res esse potest, neque exactè cognosci, atqui res naturales sine materia neque esse possunt neque perfecte cognosci, tunc enim vnumquodque arbitramur cognoscere, cùm cognoscimus prima principia, & proximas cuiusquè rei causas vsquè ad prima elementa, inter quæ materia connumeratur: ergo materia de essentia est rerum naturalium: secus enim substantia & essentia rei, quasi ex nihilo videretur composita. Insuper forma significaret totum esse, essetquè totum ens completum, arquè adeò materiæ non vniretur per se, nisi tanquàm vehiculo, naturam & quiditatem deferenti. Præterea quicquid est de conceptu omnium indiuiduorum vniuersaliter conceptum, de essentia est ipsorum, aliàs non prædicaret totam essentiam natura specifica: huiusmodi autem materia est. Aut da mihi quomodo substantia in genere substantiæ composita sit? Aut quomodo ipsa essentia, totam naturam & quiditatem, atquè totum quod est in indiuiduo prædicet? Tandem: cuicunquè competit passio, competit ratio & causa siue natura vnde fluit talis passio, sed corruptibilitas passio est hominis, vt homo est, competit ergo ei ratio illius passionis quæ est materia, ratione cuius corpus cõtrarietati subiicitur, atquè transmutatur.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Vltima.

Ergo Commentatoris opinio falsa est, nostra autem vera, quam Auicenna Scotus & Thomas tuentur, & Caietanus de Ente & Essentia cap. secund. ¶Pro rationum autem solutione aduertendum, quòd materia est duplex, quædam communis secundùm se cõsiderata, quædam verò particularis vt actuata est forma: & sic, adhuc dupliciter, vno modo in communi, alio in particulari, atquè in diuiduo. Quam excerpsimus distinctionem ex Commentatore primo & secundo Physicorum, quam etiam Philopo. hoc loco ponit, sumptã ex aliis probatissimis autoribus, nec non ex Aristotele in calce huius capitis. Quo vno stante fundamento ferè omnes corruẽt rationes, eo quòd procedunt de materia particulari & indiuiduali tertio modo considerata, aut primo modo, quæ ponitur ab Aristotele ignota primo Physicorum tex. 69. Nec vrget confirmatio, nam indifferentem esse materiam ad plura, non tollit eam, neque reiicit ab essentia rei, nam etiam genus, quod quandam præsefert materiæ similitudinem, potentia est indifferens, vt per plures differentias contrahatur. Quare, sicut genus absolutè abstractum abstractione præcisiua de essentia non est, quoniam habet se vt pars, & per talem abstractionem à re cuius est pars se præcidit, sed tamen, qua ratione abstrahitur formaliter (quoniam se habet per modum totius, rem significans in cõcreto, atquè adeò sic quasi contracta natura generis, non omnino præcisiua abstractione separata) de essentia est. Ita sanè de materia est considerandum: de qua pari modo & similitudine loquendum, quòd (videlicet) materia abstracta & quasi præcisa secundùm se est indifferens. Primo modo sumpta non est, de essentia, sed secundo modo vt contracta, id est actuata formataquè, dum modo non intelligatur adeo contracta vt sit indiuidualiter concreta. Atquè adeò ex his tertium erit solutum. Nam, sicut idem genus secundùm essentiam per differentias diuersas contractum, de natura est & quiditate diuersorum: ita & materia diuersis contracta formis, diuersarum fit per quandam participationem specierum atquè rationum. Quo fit, vt testimonia quæ septimo Metaphysico text. 34. & 37. Aristoteles pronunciare videtur, non de materia secundo atquè medio modo, sed de materia primo & tertio modo intelligenda sint. Nam materia in duobus extremis considerata, in vniuersali (scilicet) & nudè, atquè in particulari multis vestita indiuidui accidentibus, extra rei essentiam atque rationem est, media enim quæ nequè tantùm est concreta vt proprietates indiuidui redoleat, nequè vsquè adeo abstracta vt à re ipsa atque ab omni actu præcidatur de essentia rei est. Quare homo, vt substantiale compositum est, per animal & rationale, hoc est per genus & differentiam, partes sui metaphysicas definitur, quas à partibus physicis sumi docent Metaphysici. Vt compositum autem naturale, quod ex corpore & anima constat, per ipsa definitur. Quare eadẽ prorsus ratio proportionabiliter de genere atque materia esset videtur.

Duplex materia.

Ad argumenta in oppositũ.

Simile.

Ad tertiũ

Quæstionis súma.

Notãtur testimonia capitis

¶Ex hoc textu placet coaceruare simul testimonia multa, quæ Aristo in hoc cap. ponit, quoniam sic notata facilius intelligẽtur, quæ in quotidianum vsum citantur. Textu enim vndecimo, omnẽ mutationem ex quodam in quiddam esse, atquè necessariò vnum habere commune subiectum, quod vtriusq; transmutationis termino subiiciatur. Similiter ex sensu, literæq; contextu, materiam esse substantiam: quoniam substantia non fit ex non substantia, eodem tex. 11. ponit: quod dixerat primo Physi. text. 52. Item, Materiam nullius esse actualitatis (quia non est ens simpliciter actu, neq; quid, neq; quantum, neq; quale, neq; quidpiam aliorum prædicamẽtorum: sed non ens actu, ens verò potẽtiâ.) ibidem ponit. Quò fit, materiam & formam entitates partiales habere distinctas: quia sunt termini vnionis realis compositi, quod componunt, & forma actus est & perfectio: materia verò potentia & imperfectio. Præterea text. 12. asserit, generationem simpliciter ex non ente simpliciter esse, id est materia, quæ est actu non ens. Eodem. 12. tex. Quod non ens, id est materia separari nõ potest ab actu & forma. Nã, quomodo absq; actu subsistet? Etiam resumit, quod text. 11. superiori dixerat, accidentia separari non posse à substantia: nimirum, quia eorum esse est inesse. Sicut accidens ergo sine subiecto: ita materiam sine forma esse repugnat: illud potentia naturæ, non autem potentia Dei: hoc autem forsan utroq; modo. Tex. 14. solas duas causas vtiles esse docet ad generationem perpetuandam, materialem (scilicet) & efficiẽtem, quasi prius factas atq; perpetuas. Tex. 17. Propterea perpetuas esse generationes affirmat: quia in substantiis corruptio vnius alterius est corruptio. Insuper tex. 18. 19. &. 20, Differentias inter generationem secundum quid, & simpliciter ponit. Vltimo verò textu. 22. de Materia multa pronunciat. Primũ non esse non ens; id est, illud ens, quod est imperfectum, vt terra respectu ignis. Deinde, nequè aliquod ex elementis. Ad hęc omnium transmutabilium vnam esse materiam naturę similitudine, ratione tamen diuersam. Quare ex his diluitur ratio illa Aristotelis tex. 11. Generatio est ex non ente: aut ergo ex nõ ente, id est nõ substãtia, aut non ente vniuersaliter: Et vtroq; modo ex nihilo aliquid fieret. Cui respondetur, ex non ente vniuersaliter in actu, ente tamen atq; substantia in potentia. Quò fit, vt quemadmodum in assertione materiæ. Aristoteles inter ens & non ens quoddam medium acutissimè inspexit, sic etiam veritatem ipse solus ipsius generationis indagauit: in qua etiam medium quoddã inuenit, quo ipsa veritatis virtus stabilitur. Nam Anaxagoras generationem posuit ad intra, ita vt omnino fieret per quandam latentis formæ manifestationem: quare dicebat res ipsas non nouari, sed in lucem prodire. Probabat opinionem suam: quia, si forma non præexisteret, crearetur: cùm ex nihilo sui fierer. Secundò: quia productio violenta foret: nimirum patiẽte non conferẽte vim. Postremò: Agens educit formam de potentia in actum, ergo præerat in illa potẽtia. Quibus argumentis (vt creditur) motus Anaxagoras generationem censebat fieri ex ente simpliciter tali, quale factum est: atq; adeò nõ fieret ex sua priuatione: quod destrueret totius philosophiæ machinam, rueretq; ædificium, quod Aristo. lib. primo Physico. text. 43. construxerat. Extremam alteram opinionem excogitarunt Alexander, Themistius, Auicenas, & Græci alii à Platone accipientes, dixeruntq; generationem esse omnino ad extrà ita quòd forma ad extrà facta, in materia reponeretur: sic enim partes priores deberent esse toto, atquè forma necessariò creare tur: Et præterea, forma flueret & decideretur ex agente in passum. Tertio tamen Physi. text. 20. docuit Aristo. fieri rem: non quia fluat & quasi decidat ab agente: sed quòd ab ipso agente educatur à patiẽte, vt id quod erat in potentia actuetur & formetur. Igitur Aristo. mediam rectè tenuit opinionem, atq; medius incedens rem acu tetigit: asseruitq;, totum per se primò generari: partes verò non nisi ex accidenti & consequenti in ipso toto. atquè adeò prius natura est totum, cùm forma non fiat, nisi in ipso: quod est educi de potentia materiæ. Non quod ibi lateret secundùm actum, vt Anaxagoræ visum est: nec quòd ab extrinseco decidatur & de foris adueniat, vt de nostra rationali anima nos asserimus: sed quòd ab illa potentia, in qua latitabat educatur, dum fit totum, vt sigillum & figura. Quod, hęc cæteraq; artificia ob oculos ponunt. Naturę enim secretissima opera, ars eius fidelissima interpres manifesta facit, sicut èconuerso natura artis est magistra atquè dux. Sed hęc Aristotelis existimatio, (quæ ab omnibus Peripateticis recipitur) non vno modo intelligitur, sunt enim diuisi. Lyconiensis enim formam quandam genericam præexistere, quam postea cum forma corporeitatis capite quarto relegabimus: Egidius formam esse in materia, quę secundũ essentiã non terminat generationẽ, cùm essentia formæ antecedat generationẽ, existimauit: dicitq; terminare generationẽ secũdũ esse, quod realiter ab essentia

Quomodo fiat generatio.

Anaxagoras.

Alexãder Themistius. Auicenas Plato.

Arist. sẽtentia & Peripateticorum.

Lyconiẽsis.

Egidius.

ponit distinctum. Quam opinionem animus impugnandi non est: tum quia videtur Anaxagoræ opinionem suscitare, affirmando essentias formarum secũdùm rem in materia esse: tum etiam, quia contra Arist. ponit materiam in actu, generationemq; fieri ex ente in actu. Et prætereà generationis subiectum substantiam non esse. Albertus ille Albertus Magnus esse formam quandam imperfectã, quam formę inchoationem vocat, quæ non est forma simpliciter & tota secundùm essentiam, vt Egidius Anaxagoram imitatus insinuabat: sed est aliquid formę & inchoatio eius, vt in glande quercus ponitur & in semine fructus, voluit enim materiam, quę se habet vt genus, aptitudinem esse ad formam.

Desino propriis argumentis Albertum reprehendere, quòd luce clarius sit contra Aristotelem & veram philosophiam militare. Facerent enim inchoationes illæ materiã in actu, atq; cum ipsa vnum compositum substantiale: cuius oppositum hoc capite atquè primo Physi. monstrauit Aristo. qui materiã non ens actu dixit. Et prætereà quæri posset, an illa formę inchoatio, quæ essentia formæ est, specifica ponatur, an indiuidua pro singulis indiuiduorum formis. Primum Platonicum esset Ideas astruendo. Secundum mirabile, quod tot formis secundũ numerum reperta sit materia: atq; adeò intelligi non poterit, quo glutino copularet pars illa formæ, quæ in materia residet, cum parte formę quę extrinsecùs accedit. Sed hęc & similia missa facio, dum tamen principium aperio, quo omnes isti elidantur errores. Existimãt enim cùm materia potentiâ sit omnis forma, atquè adeò cùm ex illa potentia forma omnis educatur, quòd aliquo modo in illa potẽtia realiter forma resideret. Delusio enim est atq; in re apertissima hallucinatio. Nã in materia in est aptitudo quædam ad formam, quæ nihil aliud est quàm proportio quædam ad formam. Est enim materia quoddam formæ aptissimum receptaculum, ad quã natura sua ordinatur. Est ergo in materia aptitudo quędam ad formam, quæ neq; est forma neq; aliquid formæ: Sed ordo & proportio ad formam. Quis enim diceret in aëre tenebroso lucem esse? Est tamen potentia, vt lucem recipiat: sicut in vase potẽtia est, vt vinũ, aquam, aut alium liquorem recipiat. Potentia ergo illa, quæ in materia est, non est pars formę: sed tãtùm genus quoddam causalitatis, quod ex aptitudine materię prouenit, vt formã suscipiat, quam in genere causę materialis causat.

Quomodo formę sint in potentia materiæ.

Friuolum igitur argumentum est: Est in potentia materię: ergo ibi aliquo modo est. Imò argumentum nostram mentem cõfirmat: q̃, si est in potentia materię, nullo modo est in actu, sed solùm in potentia: qua potentia concurrente in genere causæ materialis cum cęteris causis, in materia tanquàm in propria omnium rerum officina, forma efficitur. Ex quibus argumenta soluta sunt. Argumẽta soluũt

Ad primum dicendum, formam fieri ex nihilo sui, quod in materia generationem ipsam antecedat: tamen non ex eo creatur, quoniam in suppositа natura fit, vnde educitur. Primum.

Ad secundũ, Materiam conferre vim asserendum est, ob illã suam aptitudinem & potentiam. Secũdum

Tertiũ soluimus in fine immediatè ante hęc argumenta. Ex quo sequitur generationem motũ nõ esse, sed mutationem: quod Aristo. 5. Physi. text. 8. docet. Quoniam quod mouetur, in loco est, atq; ens actu: materia autem secundũ se, neq; collocatur in loco, neq; aliquã actus rationem habet nequè esse: quomodo rogo, quod non est, mouebitur? mutatur igitur. Tertium.

Corollariũ, generationẽ esse mutationem.

Deinde in omni motu procedi debet ex contrario in contrarium, atq; per certam aliquã distantiam oportet ordinatè esse processus successionem, vt inductio in motu locali atquè augmentatione & alteratione manifestat. At, cùm materia exuitur & denudatur aliqua forma, in primis non oportet ordinatè procedere: sed potest indiscriminatim, absq; vlla ordinis necessitate, in quamlibet formam transmutari. Nam, cùm nigrum nõ possit fieri, nisi ex suo contrario, neq; desinere in quoduis contingens, nisi in contrariũ: necessariò fit, vt, cùm substantię nihil sit cõtrarium, in quamlibet possit materia trãsmutari formam. Et ita secũdo huius Arist. docet, elemẽtum quodlibet ex quolibet alio immediatè fieri posse: nã, vt ex terra fiat ignis opus non est vt terra per media elementa trãseat. Secundò.

Prętereà, esse substantiale consistit in indiuisibili: ergo non potest in acquisitione formæ substantialis continuitas attendi, quę ad successionem saluandam in motu necessariò requiritur. Est enim in loco atq; in qualitate distantia quędam, atq; latitudo inter cõtraria: in quantitate verò, cui nihil est contrarium, est latitudo quædam distantiæ atq; continuę successionis: quę in motu augmentationis secundùm maius & minus accidit. Atq; adeò est in quantitate contrarietas quędam, quæ necessaria est, & sufficit ad ponendam rationem motus. In substantia verò tam propria cõtrarietas, quàm illa impropria, quę in quãtitate reperitur desideratur. Tertiò.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. Arist. ponit primò quoddam principium cũ veteribus cõmune, post quod duas obiectiones generationem simpliciter destruentes. Tres quæstiones deinde mouet, contra primæ solutionem obijciendo, in secũdam incidit: & rursus in tertiã. Quibus solutis generationem secundũ quid à generatione simpliciter differre, quatuor rationibus siue differentijs docet. Postremò verò de materia siue non ente quærit: atq; eius quatuor conclusiones siue proprietates statuit.

¶ *His autem determinatis contemplari oportet, vtrùm simpliciter & propriè quippiã generetur, corrũpatúrue: hoc sumpto principio, q̃ quicquid trãsmutatur ex quodã in quiddã trãsmutatur.* Principiũ

1. Obiectio. *Si generatio simpliciter esset, ex non ente simpliciter absoluteq; fieret: quare ex nihilo: vnde non ens subsisteret.* 2. Obiect.

Porrò simpliciter absoluteq; non ens si nõ substantiam sonet, substantia ex non substantijs esset. Et item cui substantia non competit, nec reliquorum aliquid competet: quare ex nihilo simpliciter, fieret, ac sic absolutè ex nõ ente generaretur, quod est vniuersaliter omnium abnegatio. Sed quare ex non ente quippiam generatur? 1. Quæst.

An quia ens in potentia sit, quod actu non ens præexistit? Quod tamen miram habet ambiguitatem: quonam pacto generatio simplex sit, siue ex ente in potentia, siue quouis alio modo: atq; vtrùm substantiæ tantùm, an cæterorum prædicamentorum generatio sit. De hisce igitur quoad fieri potest, 2. Quæst.

cur generatio perpetuò sit, quærendum est. Vna quidem causa, cùm sit principium vnde motus, de quo Primæ Philosophiæ est pertractare. Altera causa, vt generatio generationi semper cohæreat, materies est: de qua dicamus oportet, neq; substantiam, neq; quantitatem, neq; qualitatem esse, neq; aliquid aliorũ prędicamẽtorũ. Quare hãc causam esse oportet, vt nõ deficiãt generationes, q̃ materia quæ non ens actu est, vt res sit, causa est, quoniã interitus huius alterius est ortus, & è cõtrà, necessariò accidit, vt mutatio sine requie sit, cùm subsistere nequeat materia. Sed 3. Quæst.

quã ob rẽ alia simpliciter, alia non simpliciter oriri ac interire dicãtur: rursus cõsideremus oportet. Quia quædã hoc aliquid significant, quædam nõ, hac sanè de causa, quod in quæstione quęritur euenit. At terræ generatio generatio quædã est, similiter & corruptio: ignis verò simpliciter. Ens inquã & non ens ignẽ & terrã esse dicũt, Vt calor prędicamẽtũ quoddã & species est, frigiditas priuatio. Quod plerisq; videtur sensibili potius & insensibili differre. Cur igitur sit aut non sit simplex generatio, causam diximus. Meritò igitur generatio non deficit: quippe cùm generatio corruptio sit eius quod haud est.

Solutio.

1. Differẽ.

2. Differ.

3. Differ.

4. Differ.

Obiectio cõtra primã solut.

Sed quæret aliquis, vtrũ hoc ipsum, q̃ simpliciter non est, contrarijs sit subiectum. Materies non est, vt terra, non ens: subijcitur enim contrarijs. Qua de causa similiter neq; ignis, neq; aliquod erit èx elementis. Quare, cùm ex sese mutuò

Quæritur materia.

1. Proprietas.

2. Propriet.

3. Propriet.

mutuò fiant contraria, eadem erit quæ subijcitur natura. At ratio non itẽ eadem eſt, ſed de hiſce hactenus.

4. propri.

CAPVT. IIII.

Text. 23. ¶ De generatione autem, atq; alteratione, quo inter ſe diſcrepẽt, agendum. Nam haſce mutationes inter ſeſe diuerſas eſſe, dicimus. Cùm igitur ſubiectum quippiam ſit, & affectio, atq; qualitas, quæ de ſubiecto nata eſt dici, ab eodem diuerſa ſit, ſitq; vtriuſq; horũ mutatio: alteratio ſanè eſt, quãdo ſenſibile ſubiectũ permanẽs, in ſuis mutatur affectibus, qui aut contrarij, aut inter contrarios medij ſunt: ſicuti corpus idẽ permanens, viciſſim modò ſanum, modò ægrum eſt: atque æs, quan quàm idem, aliàs teres, atq; rotundum eſt, aliàs anguli ſpeciem prę ſe fert. At cùm totum mutatur, nec ſenſibile quicquam vt ſubiectum, idem permanet, ſed perinde euenit, vt cum ex toto ſemine ſanguis, aut ex tota aqua aër, aut ex aëre toto aqua fit: iam quod eſt tale, generatio huius eſt, & illius corruptio.

Suma dictorũ cõpẽdioſiſima.

¶ Dixerat Ariſto. ſi eſt generatio, & cuius, quomodo, vnde, & ꝓpter quid ſit, quia ſubſtantię, & totius mutatione, per vnius corruptionem, quæ alteri us eſt generatio, propter ipſam materiam quę ſeparabilis non eſt, neq; ſubſiſtere poteſt. Quæ rurſus, vt clarius diſtinguat, preſsiùs, quo differat & diſcrimine tur ab aliis mutationibus, inueſtigat. Et Primò, quo diſtet ab alteratione ꝑtractat: Deinde de diſcrimine ipſius ab augmentatione.

Ordinis ratio.

Ordinis autem ratio hæc eſt, vt priùs de diſtinctione generationis ab alteratione diſſerat: quia (ſcilicet) alteratio in generationẽm ordinatur: & prętereà inter generationẽ & alterationem multi antiquorum non diſtinguebant. Iraq; de generationis ab alteratione differentia diſſerendum eſſe ait Ariſtoteles: quoniam conueniunt in hoc, quòd vtraque tranſmutatio eſt. Prętereà conueniunt ſecũdò, quòd in aliquo ſubiecto vtrãq; fieri oportet. Prima ſimilitudo ex eo principio Phyſico pariter & Metaphyſico (quod initio prędictis capitis poſuimus) colligitur, Omnẽ trãſmutationem ex quodam in quiddam eſſe. Prætereà, ſecũda ex eo deducitur, quod. 1. Phyſi. c. 6. ꝓbatur, materiã ſubiectũ eſſe trãſmutationis cuiusq; principium intrinſecũ, atq; adeò neceſſarium. Ex quibus ſequitur vtranq; tranſmutationem inter contraria fieri. Eſt enim inter contraria neceſſariò, vt primo Phyſi. tex. 43. exponitur: dummodò largiuſculè vſurpemus contrarii nomen, vt ſeſe diffundat ad ea, quæ priuatione opponuntur, quæ omnis contrarietatis radix eſt.

Cõuenię. tia generationis cũ alteratione.

Argumẽ.

Differentia prima.

Differentia ſecũda

Dices non conuenire, neq; eſſe vtranq; trãſmutationem ſecundùm aliquam formam: nam forma accidentalis ſuum ſubiectum denominat: non tamen ſubſtantialis, cùm anima noſtra noſtro corpori non tribuat hominis appellationem. Dicendum, formam vtranq; denominare ſuum ſubiectum in concreto, neutram autem in abſtracto. Sicut enim non dices parietem albedinem, ſed album: ita neq; corpus aut materiam animã, hominémue appellabis concretiuè & ſubſtantiuè: bene tamen adiectiuè animatum aut humanatum. Quod in artificialibus etiam reperitur: vbi lignum figura non dicitur, ſed figuratum. Statuit mox inter generationem & alterationem differentiam vtriuſq; definitiones proponendo. Eſt enim vtraq; tranſmutatio ſecundùm formam, ſed in alteratione forma eſt accidentalis, in generatione verò ſubſtantialis. Secundò, vtraq; habet ſubiectũ, quod ſub vtroq; tranſmutationis termino permaneat: ſed in alteratione idem illud ſubiectum ſenſibile ſemper manet, actuq; ſubſiſtens. Quod inductio facit manifeſtum: nam idem lignum ſenſibile nunc calidis, nunc frigidis aut aliis mediis afficitur qualitatibus. Prętereà etiam & in his quę per accidens ad mutationem alterius mutantur, vt. 7. Phyſi. cap. 3. de qualitatibus primæ atq; tertiæ ſpeciei, vt

Solutio.

ęgritudo & figura. Tandem in his exemplũ etiam apponit, quę contrarietatem habẽt ſecundùm famoſam vulgarium exiſtimationẽ. Idem enim æs, nunc teres, nunc quadratum, nunc triangulare efficitur. Vt intelligamus in omnibus qualitatibus eſſe alterationẽ: quãuis ſolùm per ſe in qualitatibus tertiæ ſpeciei, vt. 5. Phy. tex. 17. atq; 7. Phy. c. 3. monſtrauit Ariſt. Per accidens tamen eſt in aliis qualitatis ſpeciebus ad mutationem alterius. Et ita ab Ariſt. definitur alteratio, quòd ſit tranſmutatio, qua idem ſenſibile ſubiectum permanens in ſuis mutatur affectibus. At generatio, etſi fiat eodem ſemper ſubiecto permanente, tamen neq; ſenſibile, neq; actu debet eſſe. Quare tranſmutatio eſt totius in totum nullo ſenſibili manente eodem vt ſubiecto.

Senſibile ſubiectũ explicat.

Quod primo in mixtis manifeſtat, vt in ſemine, ex quo fit ſanguis: deinde in ſimplicibus, vt ex toto aëre aqua fit.

Ratio.

Ratio tamen eſt manifeſta, ex ratione generationis atquè corruptionis. Eſt enim generatio vt in Phyſicis traditur lib. 5. tex. 4. mutatio ex nõ eſſe ad eſſe: corruptio verò ècontrà, ex eſſe ad non eſſe. Omne enim quod generatur ex aliquo corrupto fit neceſſariò: & quod corrũpitur in aliquod generatur. Definitum enim eſt prędẽti capite, generationẽ vnius alterius eſſe corruptionẽ. Impoſsibile ergo eſt, in generatione idẽ ſubiectũ ſenſibile manere. Nã mutatur eſſe in nõ eſſe, & nihil manet in actu, ſed ſolùm ens in potentia: quod materia eſt, cui repugnat per ſe ſubſiſtere, & in quam per generationẽ vt in vltimum ſubiectũ fit reſolutio, vt. 1. Phyſi. tex. 82. ex definitione materiæ patet. Inſuper eandẽ differentiam manifeſtat per generationẽ, quæ maximè fit. Vocat enim generationem manifeſtam & claram illam, quę eſt rei vno aut pluribus ſenſibus perfectè ſenſibilis: vt cùm ex aëre aqua generatur. Immanifeſta igitur & obſcura erit, quæ eſt rei minus ſenſibilis, vt ex aqua aër: Qui quamuis ſentiatur, remiſsè tamẽ valde, & minus quàm aliquod aliud elementorũ. Quare per ſenſibile intelligit (vt idemmet Ariſto. exponit) ſenſibile vt ſubiectum. Vt patet ex. 5. Phyſi. text. 7. Vbi dicit: Dico autem ſubiectũ, quod affirmatione mõſtratur.

Ratio. 2.

Themiſtius.

Et, vt illic Themiſtius interpretatur, ſubiectũ affirmatione monſtrabile intelligit, quod euidẽs eſt: hic autem ſenſibile appellat. Quare materia, quę in generatione manet, nõ affirmatione, ſed negatione monſtratur: nõ alicui ſenſui euidens, omnibus enim ignota: nõ ſenſibile, ſed intellegibile eſt ſubiectum. Eſt enim ens in potẽtia, aut nõ ens actu, vt dictũ eſt nec quid, nec quale, nec quantum, &c. Ex quo ſequitur (vt omnes inter generationẽ & alterationem differẽtias in vnã cumulemus)

Differentiæ inter genera. & altera.

Differre primò, quia generationis ſubiectũ ens eſt in potẽtia, intelligibile tãtũ, & adhuc per analogiam: alterationis verò ens in actu atq; ſenſibile.

Prima.

Secundò ex parte termini ad quẽ: generationis enim terminus eſt ſubſtãtia, ens ſimpliciter: alterationis verò accidẽs eſt, ſecundũ quid ens.

Secunda.

Tertiò, ex parte termini à quo: quoniã in omni generatione corrũpitur ſubſtantia: non autem in qualibet alteratione qualitas, vt cùm fit ex pura priuatione, vt patet in tenebroſiſsimi aëris illuminatione.

Tertia.

Quartò ex ordine ipſarum tranſmutationũ: quoniã alteratio tanquàm ignobilior & imperfectior generationẽ, vt eius diſpoſitio, antecedit. Alterationẽ enim, alterationẽ aliam anteire opus non eſt: nam ipſa via quędam eſt, quæ ad alias mutationes ordinatur.

Quarta.

Vnde colligemus, qualitatem intenſibilem atq; remiſsibilem eſſe, atque ſuſcipere magis aut minus, hac vna cauſa, vt diuerſarum ſubſtantiarũ naturis attẽperetur, & accõmodet.

Corolla.

Quintò, quia generationis ſubiectũ propriè corrũpi nec generari dicitur: quinimò ingenerabile eſt & incorruptibile, alterationis verò ſubiectum alteratur.

Quinta.

Poſtremò in modo diſcrepat: quoniam generatio nunquàm eſt ſucceſsiua: ſemper enim momẽtanea eſt, niſi impropriè conſideretur pro prequia alteratione, cuius cùm finis ſit generatio (quãuis extrinſecus) nõ recuſat Ariſt. totũ illũ motũ generationẽ appellare: patet. 6. Phy. tex. 59. At verò alteratio, vt in plurimũ eſt ſucceſsiua, & cũ motu fit. Dixerim, vt in plurimũ: quoniã, cùm ex priuatione & ex termino à quo priuatiuo omnino fit, nihil repugnat in inſtãti fiat: vt aëris illuminatio. Non enim reſiſtit priuatio, aut partibilis eſt: ergo cũ nõ reſiſtat, nõ erit pugnę ſucceſsio, cùm partibilis priuatio nõ ſit diuiſibiliter in tempore neceſſariò nõ adquiret, vt Ariſt. 5. Phy. text. 9. Eſt enim quaſi oppoſitio, cõtradictoria inter priuationẽ & habitũ, aut proxima eſt oppoſitioni cõtradictoriæ: quare, ſicut in illa nullum eſt medium ſecũdũ ſe ita in iſta mediũ nõ eſt in ſubiecto apto nato.

Vltima.

Aduerte.

Quare nõ oportet tranſitũ ponere ſucceſsiuum qui in contrariis accidit.

¶ Et maximè ſi ex ſenſibili ad id, quod aut tactu, aut ſenſibus vni-

Text. 24.

uersis sensibile est, mutatio fiat, aut contrà: vt cũ ex aëre gignitur aqua, aut eadem in aërem corrũpitur: etenim aër propemodum insensibilis est. Cęterùm in hisce, si qua è contrarietate affectio eadem remaneat in eo quod ortum est, quæ prius in eo quod interijt erat, ceu si cùm ex aëre fit aqua, aëris perspicuitas, aut frigus, in aqua remaneat: affectionum alterutram eius esse in quod mutatio fiat minimè oportet. Sin minus, erit alteratio. Verbi causa, musicus homo corrumpitur, & homo non musicus gignitur: homo verò idem perseuerat. Si ergo musica, atq; musicæ vacuitas nõ esset affectio per se hominis, generatio profectò foret alterius, & alterius corruptio. Quapropter hæ hominis quidem affectiones sunt: hominis verò musici, hominisq; nõ musici generatio atq; corruptio. Nunc autem id, eius quod permanet affectus est. Proinde circa ea quæ eiusmodi sunt, alteratio existit. Cùm igitur cõtrarietatis mutatio in quãtitate est, accretio est atquè decretio: cùm in loco, latio: cùm in affectu atquè qualitate, alteratio. At cùm id non remanet, in quo affectuum alter aut omnino accidens existit, tũ generatio vnius est, & alĩus corruptio. Porrò subiectum ortus & interitus susceptiuum, maximè quidẽ ac propriè materies est: quodam autem modo & id quoquè, quod cæteris alijs mutationibus subijci solet, propterea quòd subiecta omnia, quarundam contrarietatũ susceptiua sunt. De generatione igitur, & corruptione si est nec ne, & quo pacto est, item de alteratione, hoc modo sit definitum, atq; determinatum.

¶Pauca verba huius textus in prẽcedentem intulimus, quoniam melior est textuum diuisio & clarior capitis interpretatio: Ideo inchoanda est expositio ab illis verbis Aristo. Cæterum in hisce, &c. Vbi incipit Arist. tacitam quandam obiectionem diluere, An eadem qualitas manere possit in genito, quæ præfuit in corrupto. Videtur enim in symbolorum elementorum transmutatione candẽ qualitatem manere. Non manere autem, generationis posita finitio probat: nullũ enim sensibile, vt subiectũ manet, cùm corrũpat, atq; adeò migraret accidẽs de subiecto in subiectũ. Ambiguam hanc atq; veterem controuersiam soluit Arist. cùm dicit, affectionum alterutram eius esse in quod mutatio fiat, minimè oportet. Ergò, cùm ex aqua fit aër, neq; eadem secũdùm numerum perspicuitas, aut humiditas manet: sed funditus toto esse mutato, nõ eędem numero, sed specie sunt, Nec contẽtus fuit Arist. quæstionem soluere, sed & breuissimam atq; efficacissimam rationẽ subdit, cùm dicit: Sin minus alteratio erit: quasi dicat: Si eædem numero qualitates manent, cùm nõ possint subiectum mutare, fit, vt maneat idem esse, ergo non fit resolutio ad primum subiectum, quare non erit corruptio, atq; adeò nec generatio. Quod ampliùs Aristo. vt exponat, exemplo se ipsum interpretatur, verbi causa: musicus homo corrumpitur & homo non musicus gignitur, idẽq; homo manet sub musica & musicæ vacuitate, qui est sensibile subiectum. Ergo generatio non erit, sed alteratio, aut generatio secũdùm quid, qđ idẽ est. Nam eius, quod permanet, affectio quędam est. Atqui si generatio esset, alterius esset corruptio, idẽq; subiectũ sensibile actu nequaquã permaneret. Vnde Paulus male hìc musicam & musicæ priuationem, nunc accidentales nunc substantiales

Peripatetice iste textus exponitur.

Paulus Venetus.

les formas appellitat, tum quia id merũ est cõmẽtum, tum etiam quia absq; hac distinctione literæ cõtextura dilucidè ac breuiter à nobis est exposita. Deinde Arist. ne quispiã falsò existimaret, omnẽ transmutationẽ secundùm formã accidẽtalẽ alterationẽ esse, subdit augmentationẽ ad quantitatẽ esse: mutationem secundùm locum ad vbi: alterationẽ tamen secundùm qualitatem, vt intelligamus transmutationes istas ex parte termini, quæ potissima est differẽtia, differre. At verò inquit Aristo. cùm id nõ remanet in quo affectuũ alter, aut omniño accidẽs existit: tũc sanè generatio vnius est & alterius corruptio: Quæ quidẽ est dictorũ cõclusio. Nã generatio à cęteris positis mutationib⁹ hoc differt, quòd nihil maneat susceptiuũ borũ accidentium. Quare secundò dicit differre ex parte subiecti, quòd maximè quidẽ ac propriè materies est, primò & per se atq; immediatè: in cæteris autem mutationibus, quodammodo materia subiectum est, nam subiecta omnia quarundam contrarietatum susceptiua sunt: sed materies est subiectũ subiectorũ omniũ. Nam in genere causæ materialis primum est principiũ, quod omnibus substat. Quare clariùs quàm vt vlla tergiuersatione calumniari possit, in hoc loco Arist. duo asserit: primũ. materia, quę est subiectum generationis immediatum, capax non est accidentiũ per se, nisi quatenus iã est aliqua affecta forma per quam habet esse. (est enim substãtia sensibilis actu existens accidentiũ subiectũ.) Alterũ verò est, ad materiam vsq; resolutionem fieri in corruptione rei. Quam manifestã Aristotelis sententiam esse Philop. censet. ¶Quæ tamen ne summis labris tetigisse videamur, è re nostra facturi sumus si hæc altius inuestigata excusserimus. Conducũt enim ad textus cõmodiorem explicationẽ. Sicq; plenius intelligentur atq; firmiùs nostris adhęrebũt mentibus quæ ab Arist. sunt asserta. Dissolutio autẽ ambiguitatum spectanda est ex natura materiæ, quæ generationis est per se subiectũ, propter quam ipsæ sunt generationes, quam non Arist. modo, verũ veteres omnes, vt principium necessarium sine quo nil fieri posset affirmarunt. Sed materia, vt subiecto omnium posita, eò vsque ab illis peruentum est, vt animis ipsorum insederit in materia formas omnes generandas latitare, siue secundùm quasdam possibilitates, quas alii inchoationes, alii dimensiones interminatas, alii aliis nominibus nuncuparunt. Erat

Duo Aristotelis dicta.

Philoponus.

De forma corporeitatis dicitur testimoniis Aristotelis potissimũ

enim omnibus commune, aliquid incorruptibile ex parte materię perpetuò existere, quod efficientis generationem adiutaret, sine cus generatione fieri nõ posse dicebant. Nã quomodo sine forma iuuaret materia, quæ nullius est actiuitatis? Et, si nõ cõferret vim, quomodo generatio nõ esset violenta? Quibus superius fecimus satis proximo capite, cùm doceremus materiã in genere causę materialis puram & nudã potentiã, non instar efficientis concurrere. ¶Cęterum, quo disputationẽ illã de forma corporeitatis promissã iam nunc absoluamus, principio cõmunibus rationibus, deinde propriis eã eliminabim⁹. Primo Aristotelis testimoniis, vt cõtra eius mentẽ poni videatur, argumẽtemur. 1. enim Physi. ex parte materiæ nihil omnino præter priuationẽ ponit: aut quatuor essent rerũ naturaliũ prima principia. Præter materiã enim & formam ponerẽtur in materia priuatio & corporeitas. Eodem. 1. Physi. text. 69. Materiam cognoscibilẽ esse per analogiam, nõ autem secundũ se: quod si substantialẽ sibi propriam formam haberet, neq; pura esset potẽtia, neq; per aliud cognoscibilis. Quinto etiã Physi. tex. 8. generationẽ motum nõ esse definit: quia materia, quę est generationis subiectum, non est. At si formã illam corporeitatis haberet, esset, atq; moueri posset. Periret insuper omnium trãsmutationum posita ab Arist. sufficientia. 5. Phy. tex. 7. non enim esset sufficiens: quia nulla esset transmutatio de non subiecto in subiectum: nam maximè generatio, quę est de non ente: atqui ipsa est ens & subiectum actu per formã corporeitatis: quare esset motus, & nulla esset mutatio. Rursus. 7. Mera. tex. 49. &. 8. Mera. text. penultimo declarans Arist. ex quibus fiat vnũ, respondet id quod. 2, de Anima. text. 7. Ex potentia nimirum & actu: Cùm ergo materia iam sit actu per formam corporeitatis, cum forma aduenięnte vnum per se actu facere non posset, quando vnitas ordinis formarum pro vnitate suppositi non sufficeret. Primo etiam Physi. text. 81. dixit materiam formam immediate apperere, & non per formam, & text. 82. primum esse subiectũ generationis, atque adeò primum principium materiale. Quod quidem falsum esset, cùm forma illa corporeitatis subiectũ ponatur. Atq; ne externa testimonia adducamus, nihil aliud hoc toto capite Arist. asserit, demõstrat, atq; exẽplis manifestat, quàm generationẽ illã esse transmutationẽ, quæ nullo

sensibili

sensibili manente accidit. Atqui si forma illa corporeitatis esset perpetuò materiæ coæua, iam aliquod substantiale & sensibile corpus idem maneret: Et capite proximè precedenti non semel dixit, materię naturam declarans, nihil esse actu, neq; esse hoc aliquid, neq; aliquid aliorum prędicamentorum, sed omniũ priuationerem. Cõtrarium ponemus hîc cum nostra ista corporeitatis forma. Præterea primo Phy. tex. 51. &. 8. Meta. tex. 12. trã smutatio fecit scire materiam per resolutionem in ipsam, tanquàm in primum trãsmutationis subiectum: qui sanè effectus materiam minimè ostenderet, si indiuiduus eius comes forma corporeitatis esset. In forma enim illa sistere deberemus: nequaquã enim liceret vlterius progredi, cùm nulla sit illius formę trãsmutatio. Quare, si materia nullius est actualitatis, et si generatio mutatio est totius in totum: nulla sanè forma residet penes

Eisdẽ rationibus quibꝰ corporeitas à materia separat, resolutionẽ fieri vsq; ad primã materiam ex parte cuiꝰq; formæ colligitur. Primò.

materiã, atq; adeò neq; forma corporeitatis. Vnde confecta erit alia ambiguitas, quòd in corruptione vsq; ad primã & nudã materiã fit resolutio. Sicut enim est primũ generationis subiectũ: ita est vltimum corruptionis. Cuius ob id te admonemus (lector) vt nõ sit opus eadem iterũ argumenta resumere. Sed iam propriis rationibus idem terminemus problema oportet. Primò, quia si illa esset ponenda, iam non esset res naturalis vnũ simpliciter, quod tripliciter demonstrat. Primò: ab eodem enim habet res ꝙ sit, & quod sit vna: si ergo non habet vnã formã, ergo neq; vnum esse: quare neq; erit vnũ simpliciter.

Secundò

Secundò à posteriori & indiciis. Nam quæ denominantur à diuersis formis, non denominantur vnũ simpliciter, vt homo albꝰ, musicus: ea scilicet de causa, ꝙ albedo & musica adueniũt enti in actu existenti & simpliciter vni: ergo si aduenirent forma hominis materię iam habẽti huius modi formã, accidentaliter & nõ substãtialiter aduenirent.

Tertiò.

Tertiò, si elemẽtorũ formę materiam immediatè non actuarẽt, nõ essent corpora simplicia, nec ex materia & simplici forma cõstarẽt. Pari quoque ratione censendum esset de substantiali & accidẽtali forma. Neq; hoc meũ est argumentũ, sed Arist. 3. Meta. tex. 20. Vbi contra Platonẽ sic argumẽtatur. Si Socrates est homo, animal, substãtia, & nõ sit vnũ prędicatũ, ergo iã Socrates erit plura animalia, quia omniũ ponebat Ideas: ergo Socrates erat homo animal, & substãtia animal. Quod arg. in presenti magis vrget: vt sicut ille argumẽtatur de prędicatis, nos etiã de formis. Quarũ quælibet daret esse simpliciter, ergo esset plura entia. Idẽ argumentũ cõstruxit. 4. Meta. text. 3. &. 1. Elẽch. c. 4. Idẽ enim est homo, & ens homo, & ynus homo: ergo forma quæ dat esse hominẽ, dat esse ens hominẽ, & substantiã hominẽ, ergo & corpus & cętera prædicata. Impossibile enim est aliquã formã dare prædicatũ magis & minus cõmune, & nõ dare intermediũ quod est corpus. Patet etiã ex eiusdem argumentatione. 1. lib. de Anima text. 90. posita, contra ponentes plures animas in eodem. Dicit enim, quis continebit illas? id est quis faciet ex eis vnũ, cùm tantùm fiat vnum ex actu & potentia. Et ibidẽ, si sit vnũ, cur & animã continuò vnũ nõ dicimus esse? ergo tam ex ordine prędicationis Metaphysico, quàm existẽdi Physico, nulla est in materia forma ponẽda: atq; adeò non tantũ probatũ est, formã corporeitatis in materia non esse, sed neq; plures formas. Quod Aris. 2. de Anima tex. 31. declarat: vt enim in quadrato triangulus, ita vegetatiuũ insensitiuo, & in vniuersum imperfectũ in ipso perfecto est. Nec enim est mirandũ, ꝙ simul, dum vnã tractamus quæstionem, soluamus & alias: tũ quia affines & connexæ sunt, tum etiam ꝙ hac ratione plura sub compendio adducere licebit. Dices, sunt plura prędicata qui datiua, ergo plures formæ. Deinde, sunt plures formæ accidentales, ergo & substãtiales. Tum, corpus Christi fuit idem in triduo: & idem numero quod antè, & post: sed nõ nisi ob vnã numero formã corporeitatis. Tandẽ, ex eo ꝙ non videtur, quodnã agens illud sit, quod tã breui tẽpore producat accidẽtia in genito, quę præfuerãt in corrupto: aut quomodo anima nostra indiuisibilis cũ sit, dat esse corporeũ homini. Ad hæc suo etiã ordine dicere debemꝰ. Primũ enim, qđ est Auicẽbrõ magnã illã differentiam quę est inter modos prædicãdi & essendi petit, quæ clara est: cùm prædicata secundũ diuersos modos intelligẽdi, atq; secundùm rationẽ apprehẽdendi sumantur: consequuntur enim rationes: at formæ secundùm diuersum modũ essendi. Quare nihil est inconuenientis, quòd vna res pluribus modis apprehendatur. At verò repugnat, eandem rem plura habere esse. Quãuis ergo modus prędicandi à modo essendi sumatur: vitiũ erit, si intelligas, ꝙ si essendi modus vnus est, sic etiam & prædicandi. Vna enim res numero non est nisi vna: at nil vetat plures habeat rationes in illa vnitate fundatas

Excussatio.

Argumẽta. Primum. Secundũ Tertium.

Quartũ.

Ad. 1.

Ad. 2. datas & fabricatas. Secũdũ verò facile soluit, quoniã forma substantialis dat esse simpliciter physicè atq; in indiuiduo: nil enim est in genere quod non sit in aliqua specie: neq; in specie, quin sit in indiuiduo. Quod vnũ esset

Nota. nouũ argumẽtum cõtra formam corporeitatis obiter adnotãdũ: si cõcipereturmateria cum illa sua corporeitatis forma manere, in qua specie esset? Sanè forma physica esset, quę daret esse genericũ sine specifico, & cõmune sine particulari, quod Platonicũ esset, Forma verò accidentalis non habet esse simpliciter, sed accidentale esse quod præstat. Nihil igitur obstat, quo minꝰ res, quæ habet vnũ esse simpliciter & substãtiale, habeat plura secundũ quid & accidẽtalia. Vna enim domus est quę variis modis cõdecorari potest.

Ad. 3. Ad tertium. Cùm in Christo non sit nisi vni cum esse existentiæ: quo vtraq; natura diuina (scilicet) & humana subsistit, & illud esse diuinũ sit: sequitur idẽ corpus suppositaliter & materialiter manere, quo ad esse actualis existentię: tñ nõ manet idẽ formaliter, id est per formã corporeitatis, quã isti fingunt manere. Itaq;, si hostia in triduo consecraretur, fuisset corpus Christi mortui idem cũ viuo tripliciter. Primò idem suppositũ. Secundò secundũ eandẽ materiã. Tertiò secundũ formam cadaueris, quod habet idem esse numero, quod anteà habebat corpus. Sicut enim Christꝰ moriẽs & forma separatur à materia: ita & forma corporeitatis, si esset, formaliter separaretur, quãuis modis dictis eadẽ numero sit.

Ad. 4. Ad. 4. dicendũ ex dominio elemẽtorũ diuersas esse formarũ rationes. Dominante enim flaua bile, quę proprietatẽ ignis habet, alia forma inducitur ab ignis prædominio, quàm induceret ab atra bile regnãte ex terę prędominio. Nõ ergo refert, quo instrumẽto quispiã accidẽtaliter occidat, aut à quo occidatur: quoniã sunt externæ causę & veluti artificiales. Sed inspiciendũ, quo dominante elemẽto moriatur, nã illi velut generãti & formam mittenti, generata forma accepta referẽda est. Hæc enim sunt interna principia, illa verò non tantùm externa sunt, sed & applicantia actiua passiuis. Nisi velis dicere formam cadaueris vnius esse rationis in omnibꝰ tanquàm medium remotum, vnde viuorum incipit dissolui tẽperamentum vt redeant in elementa ex quibus cõponebantur, obidq; à quolibet illorum indiscriminatim posse produci. Id autẽ quod inuoluebatur de anima rationali mouere nos minimè debet, cùm certum sit, formam nostram omnes alias continere, sicut perfectum continet imperfectũ, & quæ sunt in inferioribus diuisa in superioribus vniuntur, vt. 2. lib. de Anima tex. 31. Aristo. docet. & tex. 32. Ergo ratione eminentiæ atque perfectionis forma nostra rationalis, quę omniũ corporearum formarum suprema est, illas omnes continet: atq; cùm media forma sit inter eas, quæ simpliciter separatę sunt, vt intelligentiæ: & inter eas quæ sunt materiæ addictę: sequitur vtraq; extremas formas referre. Media enim est, & medium vtrunq; participat extremum. Virtualiter igitur & radicaliter diuisibilis est. Nil mirũ ergo quòd ex copulatione & coniunctione cum materia, forma alioqui spiritalis & indiuisibilis ens faciat corporeũ atq; diuisibile. Tamen si benigno atq; candido animo velimus ponentes formam corporeitatis inter pretari, sic sanè loquendum erit: quòd tam quantitas interminata, quàm illa corporeitatis forma in materia ponenda est, quæ omnes alias præcedat formas, non tempore, sed natura: quia non re, sed ratione tantùm à formis particularibus distinguitur. Prius enim naturâ, forma communicat prædicata superiora, vt esse corpus, quàm esse animal: & sicut illud corpus confusum est, ita ipsum sequitur esse diuisibile confusum & interminatum. Quæ cùm non habeant contrarium, incorruptibilia sunt per se: per accidens tamẽ via sequelę corrumpuntur, subtracta forma speciali: quoniã nulla cogit necessitas formã illã distinctã ponere. Et quanuis hęc cõsideratio logica magis, quàm physica videat: ideo à nobis posita est: quoniã agẽs procedit ab imperfecto ad perfectum, & vt ad perfectiorem formam gradum faciat ab imperfecto exorditur. Ergo quemadmodũ in productione physica est ordo rerum, formarum, atq; temporis: ita expulsis omnibus imperfectis formis, quę posterior est atque perfectior omnes alias continet, atque operationes supplet, confertq; virtutem earum ordine naturæ atque rationis. Secus enim idẽ corpus bis esset corpus, per priorem, scilicet, & posteriorem formam, & generatio alteratio quidem esset. Quę omnia vt relegaret, tã solicitè Arist. proximo cap. definiebat, geniti necessariò fieri ex corrupto. Obiiciet fortè quispiã, diuersorum agentium (qui diuersis actionibus nõ subordinatis agũt) imposibile est vnũ numero terminũ esse, vt. 5. Phy. patet text. 12. Atqui in hominis cõditione,

Pulchra interpretatio Autoris ꝙ Scoto cũ Aristo. conciliando.

Argum.

homo generando, Deus animam creando a-
gunt: ergo, si actiones diuersæ sunt ad diuer-
sa terminantur. Quod quidem fieri non pos-
set, nisi homine producente corpus & formã
corporeitatis, quibus Deus infunderet ratio
nalẽ animã. Dicendũ, hominẽ propriè homi
nẽ generare: quãuis ad esse rationalis animę
nõ attingat: qua adueniẽte omnes aliq; abeũt,
locũq; relinquunt. Quare eadẽ illa anima ter
minus est vtriusq; actionis: creationis quidẽ,
quaten⁹ in se priùs natura est quàm in toto:
generationis verò quatenus toti cõiuncta, id
est act⁹ corporis est. Nec mirãdũ hoc priuile-
giũ soli animę esse indultũ, cùm inter formas
cõiũctas materiæ hęc sola creet, atq; prius in
se sit: & insuper vt pars toti cõiũgatur. Ergo
diuersarum actionũ terminus est secũdũ di-
uersum essendi modũ: quod nõ est in hac a-
ctione peculiare, cùm etiã in augmẽtatione
(vt videbimus) contingat: vbi citra formæ ac
quisitionem fit nutritio, atq; quędã formę di
latatio in maiori materia. ¶ De formis partiũ
non est q⁹ disseramus. De quibus fortasse li.
de Anima. 2. latiùs, nunc autẽ sat est, diuersa
partiũ tẽperatura diuersas, eiusdẽ formæ vir
tutes ostẽdi, nõ q⁹ diuersis formis afficiatur:
vt non ineptè dicere possemus in nobis non
fuisse à principio nisi vnã animã rationalem,
quæ pro corporis diuersa dispositione, diuer
sas etiam exerit & explicat operationes, quæ
existimatio facile defendi posset: quanuis tu
tior sit opinio cõmunis, qđ se inuicẽ sequun
tur & sibi succedunt. ¶ Ad quæstiones er-
go huius capitis proprias per suos veluti gra
dus vt descendamus: aliud sumendũ princi-
piũ est. Materiã (videlicet) primò & per se at-
que immediatè formarũ accidentaliũ nõ esse
subiectũ. Quę quidem conclusio expressa ex
Arist. est, qui tex. 10. ad calcẽ capitis secũdi, li
bri huius dixit, hanc inter generationem & al
terationem differentiam esse, quòd alterа-
tio in materia non est: quare in materia ter-
minus alterationis nõ erit. Clariùs autẽ hoc
cap. tex. 24. docet, accidens non manere in
genito: quoniam subiectum sensibile corrũ-
pitur. His verbis: At cùm id non remanet, in
quo affectuum alter aut omnino accidẽs exi
stit, tum generatio vnius est & alterius cor-
ruptio. Porrò subiectum ortus & interitus
susceptiuũ maximè quidem ac propriè ma-
teries est, quodam autem modo & id quoq;
quod cæteris aliis mutationib⁹ subiici solet.
Hęc textus. Ergo, si materia proprium est
subiectum generationis, cęterarũ verò muta
tionũ non, nisi aliquo modo: cuius modi ra
tionẽ assignat: quia omnis cõtrarietas pẽdet
à prima cõtrarietate: materia ergo inqua im-
mediate recipitur forma non recipiet cętera
accidentia, nisi prius substantiali forma affi-
ciatur. Prætereà lib. 7. Meta. tex. 4. substantia
tempore & natura prior est accidente: er-
go & esse substantiale prius erit quàm acci-
dentale. Naturâ ergo saltem forma substan-
tialis antecedet accidentalem, & hæc necessa
riò alteram supponet. Ratio autem sumi po-
test ex natura materiæ tradita ab Aristo. pri-
mo lib. Physi. & à nobis proximo cap. expo-
sita. Materia suapte natura est in potentia ad
omnes formas: quoniã omni forma, omniq;
actu priuatur: est ergo in potentia ad omne
esse, tam accidentale, quàm substantiale.
Sed cùm omnia distincta sint in vniuerso, ni
hil confusum, sed omnia ordinatissima: se-
quitur quòd hæc aliquo ordine appetit, atq;
desiderat. Ergo esse simpliciter priùs quàm es
se secundũ quid appetere debet, ergo prius
substantialis forma recipitur in materia, quã
accidẽtalis, quãdo illa simpliciter, hæc secun-
dũ quid dat esse. Dices, peti principiũ in ra-
tione & assumi probandũ: quia probandum
erat seruari illũ ordinẽ, & gratis assumitur.
Respondeã, si vim rationis calleamus, nullũ
esse vitium. Nam aut materia appetit ambas
æquè primò & sine ordine, & sic ambæ sunt
simul in materia absq; vlla priùs prioritate,
qđ haud intelligibile est: aut nõ ex æquo, sed
ordine quodã. Et tunc quæro, si substãtia est
prius, intentũ: si verò accidẽs antecedat, tũc
sanè nulla esset via ad probandũ formã sub-
stantialem esse per se actum materiæ. Nam
cùm materia sit non ens actu, à proprio a-
ctu debet recipere esse. Prætereà materia,
si subiectum esset accidentium sine forma,
cùm accidentis esse sit inesse: ergo totum
suum esse accidens haberet à materia. At
illa nullum habet esse, ergo neque alteri po
terit cõferre. Necessum ergo est prius actue
tur per formam substantialem: quia sicut
inesse præsuponit esse, ita secundùm quid
esse, simpliciter esse. Igitur non in materia
nudè considerata recipiuntur accidentia,
sed cum forma: quod nihil aliud est, quàm
in composito esse. Nisi velis absurda quæ
sequuntur admittere: Primum, materiam,
quæ non habet esse conferre accidenti esse:
Secũdũ, ens secundùm quid antecedere ens
simpliciter: Tertium, ens & vnum per acci-
dẽs pręsupponi ad ens & vnũ per se: Quartũ,
materiam

Solutio.

Nota.

Materiã non esse subiectũ accidẽtiũ

Obiectionis solutio.

Absurdis vrget vt probet accidentia pe primo nõ esse in materia.

materiam potentiam quandam substantialẽ
prius ordinari ad actũ alterius generis, quàm
ad actum substantialem, qui est proprii ge-
neris. Ob id enim. 2. de Anima text. 7. dice-
mur, fieri vnum per se, quia forma est per se
actus materiæ. Et statim subdit, Animam es-
se actum primũ, ergo nõ poterit esse primus
actus accidentalis. Satis enim est, vt sit secũ-
dus: aliter, in generatione materia maneret
sensibilis, esset q; sensibile subiectum, quod
destrueret generationis finitionẽ. Obiicies,
quòd materia ordine intentionis priùs sim-
pliciter ad substãtialem formam ordinatur:
ordine tamen executionis ad accidentalem
(quod priùs enim est intẽtione posteriùs est
executione) quare priùs erit accidẽs in mate
ria, nisi admittere velis induci formã substã
tialem in materia absq; dispositionibus. Dein
de, si non essent in materia præuię dimensio
nes, ergo ex non corpore fieret corpus: opor
tet igitur accidentia præcedant. Cõfirmatur,
quia, si quantitates in terminatæ in materia
non præcedãt, quomodo materia varias pos
set recipere formas? quæ cũ in variis partibus
recipi debeant, ante formæ receptionem si-
ne dimensionibus nullas habet materia par-
tes. Dicendũ quidem videtur ad primũ, ordi
nem illum & rationis & doctrinæ & naturæ
esse: nisi fortè aliunde aliud contingat impe-
dimentum. Quare, cùm esse accidentale ma-
teria priùs non possit recipere, quàm substã-
tiale, fit, vt ordine intẽtionis simul & execu-
tionis priùs oportet sibi formã substãtialẽ quã
accidentalem, cùm accidẽtalis haberi & pos-
sideri non possit sine substantiali propter di
ctas rationes. Prętereà fateor, priùs recipere
quoad executionẽ accidentalẽ, quàm formã
substantialẽ: sed nõ immediatè & in se, quod
intẽdimus: sed in toto composito, quod per
eas dispositiones disponitur, vt definat in ge
nitum. Quare in materia indisposita substan
tialis forma non inducitur, propter has ipsas
dispositiones, quę pręcesserunt. Priùs enim
natura inducitur forma substantialis, quàm
accidentalis: & cùm substantialis recipitur,
immediatè recipitẽ. Nihil enim inuenit præ-
ter nudam & simplicem materiam. Corru-
pta nanq; fuerunt omnia ad corruptionem
prædecentis, arq; per primum non esse cum
illa forma desierunt. Non tamen in indeter-
minata materia inducitur, cùm illa quæ prę-
cesserunt accidentia, in ipsa relinquant velu-
ti vestigia quędam: quæ nihil sunt à materia
distinctum, sed est quædam aptitudinis &ca
pacitatis materiæ determinatio, vt materia
in illo temporis momento atq; cum illis cir-
cũstantiis, non sit nisi illius formę, quę natu
rali necessitate sequitur, capax. Erat enim an
teà materia indifferens, nata quãcunq; for-
mam recipere, determinata tamen ac figil
lata manet ad eam vnam formã, cuius dispo-
sitiones materiam determinarunt & figilla-
runt. Neq; illa determinatio aut figillatio ac
cidens vocabitur: sed ordinatio ac quædam
destinatio, qua relinquitur materia quasi no
tata ad istam signatam formam. Sicut enim
alteratio ad formam aquę in ignem nũquàm
degenerat, nec calefactio in aquam desinit,
sed quilibet motus ad suum terminũ ordina
tus terminatur, non tantùm ad intrinsecum
vt alteratio ad qualitatem: sed etiam ad ex-
trinsecum necessariò etiam terminabitur, vt
calefactio ad ignem. Quod Arist. credide-
rim ob id sexto Physi. text. 59. alterationem
vocare generationem: quoniã alteratio prę-
uia extrinsecè desinit in generationem, in
quam ordinatur. Ergo, cùm illę dispositio-
nes sint priores in genere causæ materialis,
quàm ipsa forma, in illo priori naturæ, sic
determinarunt & proportionarunt materiã
huic formæ, vt, quanuis ibi non maneant
forma in materia iam proportionata & dis-
posita inducatur per primum sui esse: cum
qua simul eodemq; instanti comproducun-
tur accidentia ad conseruationem formę ne
cessaria. Prętereà dicã vt proposita argumẽta
simul soluantur, & notãda est solutio: quoniã
semper asserendum formam induci non nisi
in materiã dispositã, ergo disponi debet per
aliqua accidentia, quæ pręcedunt. Quod in-
telligi potest quadrifariã. Primò, ordine du-
rationis pręcedẽtibus dispositionibus: quod
verũ est, cùm immediatè ante introductio-
nẽ esset materia suis dispositionibus affecta.
Secũdò, dispositionibus simultaneis etiã ve
rũ est materiã dispositã esse. Nã primum esse
formę est etiã primũ esse dispositionũ, fiunt
enim simul cũ forma, cũ qua cõproducũtur.
Sicut enim materia sine forma esse nõ potest
ita in nullo instãti sine dispositionibus repe-
ritur. Tertiò, simultaneis dispositionibus cũ
forma tñ reali ordine naturæ præsuppositis.
Quo modo falsum est materiæ vniri formã
iã dispositę, cùm ordine naturæ priùs sit esse
substãtiale, quàm accidẽtale. Postremò, dispo
sitionibus simultaneis, præsuppositis tñ or-
dine naturæ nõ reali, sed secundũ intellectũ,
nostrũq; modũ cõcipiendi. Quod verũ est

Obiectio prima.

Obiectio secunda.

Obiectio tertia.

Soluũtur obiecta simul.

Materia quare sine accidẽtibus in actu dicat capax formæ.

Forma sẽ per inducit in materiã dispositam.

de ipsa materia, non absolutè,cùm forma absolutè illas in materia dispositiones nõ requirat. Demõstratũ enim est,formã primum & immediatum esse actũ materiæ: quanuis semper concipiantur ista accidẽtia præcedere: in genere tamẽ materialis causę eò q̃ primo modo præerant in materia duratione temporis, tamẽ corrũpuntur & cũ forma genita simul redeunt. Vnumquodq; enim genus necesse est sua propria cõsequi accidẽtia. Sicut enim dicebamus eandẽ formã secũdũ esse priùs intelligi,quoad esse corporeitatis atq; esse diuisibile,quod præstat materiæ,& ita deinceps: pari quoq; modo nihil vetat accidentia intelligi,quę sunt propria entis, ante corporeitatẽ,& quæ sunt corporis ,ppria,ante ea accidẽtia quæ propriam formam sequuntur. Ergo ex quatuor sensibus in tribus verum est philosophicum axioma,formã semper induci in materiam dispositam. Illud verò quod etiam obiiciebatur recipi debere formam in materia diuisa,dico verũ esse,non tamẽ per aliquã dimensionem ipsi materiæ hærẽtem,sed per dimẽsiones, quę præfuere in corruptis suppositis. Quæ modò enim est quãtitas, nõ præfuit in materia, sed, sicut sequit totũ ipsum ratione formę qualitas,ita ipsummet totum ratione materię quãtitas sequit. Ergo Auerroẽs errauit,dimensiones interminatas coęquas materiæ asserendo, Falsus ẽtiã est. Paulus Venetus in hoc cap. quędam accidẽtia in materia collocando. Nam etsi verum sit, quòd in sola intellectiua anima quędã ponãtur accidentia, vt species intelligibiles, intellectio, volitio, verbũ (vt in libris de Anima dicem⁹) nõ tñ inde cõsequens sit, vt in materia aliqua similiter sint accidentia. Habet enim anima suum esse: obidq; nil prohibet in ipsa recipi. At materia omnis esse est exors. Recipiẽtur igitur in toto, non vt ipse inquit Paulus in subiecto denominationis tantũ: hoc enim fatentur omnes: sed tanquàm in subiecto inhęsionis, quod & denominatio ipsa tanquam subiectum indicat,& non primariò in materia: secundariò verò in toto, sed è diuerso, primũ in toto, deinde verò in materia recipiũtur: quod ad calcẽ huius cap. dicit Arist. materiam, generationis subiectum appellando, alterationis verò non nisi quodammodo, id est, iam cũ forma. Et quòd omnis cõtrarietatis aliquod est subiectũ, nẽpe materia, quę aliquo modo omnis cõtrarietatis est subiectũ.

Reprehẽditur Auerroes Paulus.

Accidentia nõ manere i genito.

¶ Quibus positis facilè quisq; intelliget cum Arist. hoc loco, accidens nullũ numero idem manere in genito, quod præfuerat in corrupto. Nam cùm in materia non sit nisi vna forma substantialis, quæ corrũpitur (iuxta positum primum principium) & accidens nõ possit immediate in materia reponi (quod secundũ fuit positum principiũ.) Ergo si aliud corpus est, & alia forma substantialis, aliudq; sensibile subiectum, & alia numero accidentia necessariò erunt, aut accidẽs migraret de subiecto in subiectum. Quod manifestè est contra Arist. proximè præcedenti capite docentem, accidens separabile non esse: omnia nanque alia à primis substantiis, in primis sunt: quibus destructis impossibile est, aliquid aliorum remanere, quod in prædicamẽto substantiæ dixerat Aristoteles, & hic text. 11. referebat. Igitur ex nostris principiis, quæ Aristotelica esse probauimus, cõfectũ est, omnia accidentia corrupti corrũpi etiã, & quæ sunt in genito denuo esse generata. Cõtra quod multa solent communiter opponi. Primùm, nulla res suam corruptionem agit (quod est philosophicũ axioma, naturalissimũ enim est omnibus rebus, se in esse cõseruare) at sic est, calorẽ in aqua si contendat ignẽ producere, conari aquæ destructionẽ, atq; proinde sui ipsius maleficiũ machinarẽ, corrũpendus enim est ad corruptionem subiecti. Deinde contra Arist. esse, qui hîc text. 23. dicere videtur idẽ manere in genito quod præfuerat in corrupto, &. 2. de Genera. tex. 25. faciliorem trãsitum in symbolis elementis definit, propter paucitatem corrumpendorum. Ergo in symbolorum transmutatione si pauciora corrũpuntur, aliqua qualitas quę præfuerat manet in genito. Aut quærerẽ ego, à quo, aut quorsum symbolę illæ corrumpantur qualitates, in eodem instanti regenerandę & reproducendę? Tandem sensibilibus experimẽtis patet, quando & eandem quantitatem, eundem colorem & figuram, easdem cicatrices atque stigmata, quibus viuus homo fuerat affectus, eiusdem cadauer præditum conspicitur. Quibus sanè obiectionibus non fuerit difficile satisfacere. Prima enim non probat, quòd quippiam se per se corrumpat, (quod magni quidem esset alicuius inconuenientis causa) colligit tamen per accidens atque consequutiuè se destruere, destructo nimirum subiecto & fundamento cui innitebatur: maximè cùm si id non efficeret per se, à contrario corrũperetur. Melius ergo est, vt agat in ipsum, vt propria forma ad quã ordinatè inducta, saltẽ in specie conseruetur, cùm iam

Obiectio prima.

Obiect. 2.

Obiect. 3.

Obiect. 4

Ad. 1.

iam in indiuiduo perdurare non possit. Naturalissimũ enim est rebus omnibus, quoad fieri potest, ad sempiternitatem eniti. Aristotelis autem testimoniũ eò mouere nos non debet: quoniam (vt illic exposuimus) non asserit, sed alterã quęstionis partẽ addubitat, vt deinde quæstionẽ definiat, quòd non maneat. Nam, si maneret, ab eodem ad idẽ esset transmutatio. Deinde argumentatur ad alterã partem. Et tandem soluit, quoniam totius est in totũ mutatio atq; corruptio nullo sensibili manente, funditus corrumpi omnia & vsq; ad materiam primam resolui: nõ quidẽ per generationis vim, sed subiecti corruptionem. Nam, si non est idem numero subiectũ, quomodo erit idem numero accidens? Ad aliud verò de transitu elementorum in. 2. libro respõdebimus, minorem esse repugnãtiam in agendo & patiẽdo, ex eo quod sunt formæ ipsorum elementorũ symbolorũ simi liores, àquibus etiã oportet similiores fluere qualitates: quare per se pauciora corrũpunt, per accidẽs verò æqualia, minor est enim ob id difficultas, cùm inter symbolas illas qualitates nulla sit repugnantia. Pro vltimo verò ponẽdum est principium in hoc libro necessarium. Quadrifariam, scilicet, corrumpi generariq; accidens. Primò per oppositam alterationem, vt per se cõtrariũ ex cõtrario corrumpitur, aut producitur. Secũdò per absentiam conseruãtis, aut eiusdẽ præsentiã: vt lumen producitur accedente sole, recedẽte verò corrũpitur. Tertiò ad corruptionẽ aut ꝓductionẽ subiecti, vt proprietates, quæ etiã cum ipso corrũpuntur & producuntur. Postremò ad positionẽ aut ablationẽ termini, vt relatio & similitudo. Commune nanq; omnibus accidentibus est, eorum esse in esse sit, atq; adeò cum suo subiecto corrumpi, & pari ratione produci. Quare nullũ est argumentum: Non corrumpitur à contrario, ergo non corrumpitur. Fallacia enim est consequentis. Atq; adeò cùm accidentia cũ subiecto veniant, abeantq;, eadẽ omnino mutatione mutentur, nõ oportet aliud generans aut corrũpens ponere, nisi generatiuum aut corruptiuũ subiecti: vtrunq; enim simul eâdẽ operatione facit. Sicut enim accidẽs sine subiecto proprio esse non potest: ita sanè & accidentia ipsa, ad quę ordinata erat materia, subiectum necessariò sequuntur, & concomitãter cõproducuntur. Experimentum autem sensuum nihil ostendit, cùm sensus iudiciũ ferre debeat de sensibilibus, nõ de idẽtitate,

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4. Notandũ de modis corruptionis accidẽtium.

& vnitate, quę ad intellectum pertinent. Sutor enim ne vltra crepidã, neq; in alienã messem falcem immittat. Ratio enim sola, quæ diuersas esse ostendit formas substantiales, de diuersitate etiam accidentalium iudicet.

¶ Intellige etiam, in generatione & corruptione vsq; ad materiam primã exclusiuè, tã ex parte formarum substantialiũ, quàm accidentalium resolutionẽ fieri. Hoc est, nihil omnino manere substantiale aut accidentale in genito, quod ipsius corrupti præfuerit, nisi sola materia. Ab ea enim incipit generatio, in quam desinit corruptio: quod non semel ex materię finitione admonuim⁹, quę. 1. Phy si. tex. 82. habetur. Quæ probat, materiã primum esse subiectum ex quo res fit, in quod vltimum resoluitur. Ergo nulla, vel substantialis, vel accidentalis forma in ea permanet. Malè igitur Paulus asseruit corporeitatem, interminatasq; dimensiones manere, quando dimensiones interminatę totum sequuntur ratione materię. Quare, si in toto sunt, & eo corrupto, in genito manerent, migrarent sanè de subiecto in subiectum: Idemq; accidens numero in duobus esset subiectis: Et in generatione aliquod sensibile idẽ numero maneret.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. Arist. positis duabus hypothesibus, finitiones alterationis & generationis ponit, obiectionemq; diluit.

¶ De generatione atq; alteratione agẽdum. Cùm igitur subiectum quippiam sit, quod transmutatur aliqua necessariò forma afficitur. Quę de subiecto dicinata ab eodẽ diuersa est. Alteratio sanè est quando sensibile subiectũ permanens in suis mutatur affectibus, sicuti corpus idẽ permanens, modo sanũ modo ægrũ est. At cùm totum mutatur, nullo sensibili vt subiecto eodem permanẽte, generatio est: & maximè, si ex insensibili ad id quod aut tactu, aut sensibus vniuersis sensibile est. Cæterũ in hisce, si qua cõtrarietatis affectio remaneat

Hypothesis. 1.

2. Suppositio.

Definitio alterationis

Definitio generationis.

Obiectio

in genito, quę præfuerat in corrupto, dubium est. Minimè tamen oportet affectionum alterutrã eius esse, in quo mutatio fit, sin minus alteratio erit, si manere dicas, & non generatio. At cũ id nõ remanet sensibile subiectum in quo accidens omnino existit, generatio est vnius & alterius corruptio: quoniã subiectũ generationis susceptiuũ, ppria materia est, quæ quodãmodo cæteris mutationibus subiicitur.

Solutio.

CAPVT. V.

Text. 25. ¶Restat de accretione dicamus, quonã à generatione, & alteratione differat, & quo pacto vnumquodq; eorum, quæ suscipiũt incremẽtũ, augeatur: & quoduis eorũ, quæ decrescũt, diminuat. Primò itaq; cõsiderare oportet vtrũ mutua earũ inter se differentia in eo solũ sita sit, circa quod versari solent: verbi gratia vtrum eo solũ inter se disideant, quòd ea mutatio, quæ ex hoc in hoc tendit, puta ex substantia potentia in substantiam actu, generatio sit: quæ verò circa magnitudinem versatur accretio, & decretio, quæ autem circa affectum alteratio, atque earum quæ posteriore loco dictæ sunt, vtraq; etiam ex hisce quæ potentiâ sunt, ad ea quę sunt actu, mutatio sit, an etiã mutationis modus differat? Nam nec id, quod alterationem subit, nec id quod generatur, necessariò mutari loco cernitur: quod autem accrescit, aut decrescit, cernitur, at alio quàm quod fertur modo: qđ enim fertur, tota mole locum mutat: quod autem accrescit, perinde atque quod distẽdi, produciq; solet: hoc enim manente, partes aliò, non sicuti globi partes, migrant, suumq; deserunt locũ: nã globi partes toto manente æquabili in loco, locum ex loco mutãt: at partes eorum, quę augentur, semper in ampliorem locum vergere solent: & eorum quæ decrescunt, in minorem.

¶De augmẽtatione hoc cap. Arist. sermonẽ, auxit vt & ipsi augmentationi cõsentaneum erat: quam à cæteris motibus separat: & ita prædictis sermonem continuat. Restat (inquit) de augmentatione, quæ est ad quantitatem motus, dicamus, quid sit, & qualiter fiat, atq; propter quid: de diminutione etiam, est enim oppositorum eadẽ disciplina. Cõuenit enim augmẽtationi cum cæteris motibus, qp ex quodã in quiddam sit transmutatio, atq; adeò in aliquo vno cõmuni subiecto, ex potẽtia in actũ deducto. Differt tamẽ ab aliis motibus subiecto, vt postea nos dicemus: termino, quoniã ad quantitatẽ: modo etiã differt, vnde nos perfectam augmentationis formã, rationem, atq; materiam nãcisci poterimus. Ab augmentabili venatur genus, quoniã potentia quædã est. At verò ab aliorum motuũ differentiis propriam augmentationis differentiam colligit. Ex quibus omnibus tãdem augmentationis congregat completam finitionem: hoc quod ad methodi rationẽ attinet. Vt tamen sensus planior appareat prolixi perplexiq; capitis huius, oportet certa ab incertis seperemus, atq; propria ab impropriis secernamus, vt quid Aristo. dicat, atque quò tendat, intelligamus. Nõ enim sermo est de omni augmẽtatione: quia non de ea, quę impropria cùm sit, inanimatis & nõ viuentibus accõmodatur: neq; pro intensione qualitatum vsurpatur, quæ quædam est ipsarum accessio: minùs etiam de accretione secundũ multitudinem in numeris: sicut nec de rarefactione, quę sine nouę quãtitatis addi-

Capitis ſar gumentũ.

Distinguitur augmẽtatio

additione, vt in cerę liquefactione, fit. Et quãuis omnino cum additione fiat, si tamen per appositionem aut iuxtapositionem accidat, à præsenti cõsideratione repellitur. Quibus omnibus modis à præsenti methodo reiectis, cõsiderandum nobis supereſt de augmẽtatione ea, quæ propria est viuentiũ auctio, qua animalia, & in vniuersum viuentia adolescunt, paulatimque augescunt, aut sensim minora fiunt. Quare, cùm augmentationem esse constet, secunda quæstio examinãda est, quid (scilicet) ipsa sit. Ratione enim augmentationis proposita, facilius quę sequuntur expediemus. Quam sic lubet omnibus suis causis appositis adducere. Est enim incremẽtum quoddã viuentis, factũ ab anima, virtute natiui caloris nutrimentum, quoad ipsum viuens debitã assequatur quantitatẽ, transmutantis. In qua sanè quatuor reperies causarum genera. Primo incrementum, formalẽ dicit: accretio enim & accesio illa quãtitatis forma est augmẽtationis. Deinde anima natiuusq; calor efficientem causam denotant, non præcipuam modò, verùm & instrumentariam. Tum verò nutrimentum, materialem significat: est enim nutricationis & augmentationis communis materia. Postremò finalem causam insinuat, debitam assequi quãtitatẽ. Eò enim cũcta viuentia augescunt, vt sibi conuenientẽ magnitudinẽ, quasuis fungantur operationibus, cõparent: ob id enim cor, caput, manus, & singula corporis membra paulatim crescere videmus, atq; constitutam sibi à natura magnitudinem adquirere. Quo posito principio, non parum erit lucis iis quæ restant accumulatum. Non fit sanè augmentatio alimenti appositione: sed, vbiq; corpus viuens augetur per intussumptionẽ, alimẽto ab anima & calore toti corpori atq; singulis eius partibus addito. Idem in diminutione quadã detractione cõtingit. ¶Quibus habitis ponit Arist. conclusionẽ: augmẽtatio à cæteris motibus differt. Primò ex terminis ad quos: nã generatio ad substantiam est: alteratio ad qualitatem, motus ad locũ, augmentatio verò cùm ad quantitatem sit, ex ratione termini ab aliis differet, vt. 5. Phy. tex. 4. habitum est. Secũdò penes modum: nam generatio & alteratio locũ necessariò nõ transmutant, at id quod augetur necessariò. Per locũ à coniugatis: quod enim augetur maiorem continuò locũ occupat. A motu verò locali peculiariter differt: quia quod secundùm locum rectâ fertur, omnino locum mutat, atq; quem possidet deserit: quod augetur autem minimè loco trãsfertur, vt in plãtis fieri videmus. Quod circulo agitatur semper in eodẽ perseuẽrat loco absq; maioris uel minoris loci acquisitione: at quod augetur in ampliorem locũ semper euadit; quod decrescit in minorẽ. Quo igitur modo ab aliis motibus differat, patet.

Definitio augmẽtationis per omne genus cauſę exponit.

¶Generationem igitur, alterationemque, & accretionem non solùm obiecto, sed ipso itẽ mutationis modo differre, perspicuũ est. Text. 26.

¶Epilogo colligit, quę diximus, differre (scilicet) à cæteris motibus augmẽtationem, termino ad quem atq; modo. Et peculiari quadam ratione à motu secundùm locum separat, ne quispiam falsò existimet augmẽtationem localem tantùm esse mutationem.

¶At id circa quod accretio, decretióue versari solet (versari autẽ videtur circa magnitudinem) vtro modo accretionem, decretionemúe subire existimandum est: vtrum inquam ex potentiâ quidẽ magnitudine, ac corpore, sed actu nec corpore, nec magnitudine corpus fieri, an non, putãdum est? atque cum hoc bifariam dici cõtingat, vtro modo fit accretio? vtrum ex seperara ipsa per se materia, an existente in alio corpore? An neutro modo fieri queat? nãsi seperata sit, aut nullum occupabit locũ, veluti punctus quidam, aut vacuum, vel corpus non sensibile, erit. Horum autem, alterum non cõtingit, alterum necesse est in aliquo esse: quod emẽ ex eo oritur, id semper alicubi erit, quare & illud aut per se, aut per accidẽs. Text. 27.

¶A cęteris motibus ſeparata augmentatione,inueſtigat Ariſt. ſubiectum circa quod, & in quo ipſam fieri contingat. Ponit ergo fieri circa magnitudinẽ: & modũ poſtulat: & qua ratione fiat inquirit: ſermonem per quæſtiones cõnectit,generationis principiis atq; veſtigiis iam poſitis inhęrẽdo. Sic enim, quaſi quodam ductu in augmentationis incidemus naturam. Quæri nanq; poteſt de augmentatione,qua in materia, qua cauſa efficiente,& quid eſt quod augetur. De materia tamen rogat tria: Primùm, vtrum materia ex qua res augetur, corporea actu ſit, vel tantum potentiâ: conſtituto verò quod ſit potentiâ,ſecundum tangit, An ſit ſeparata à corpore ſenſibili,an in eo: Dato quod in corpore ſenſibili ſit,ipſum conſtituens in eſſe, Poſtremum ſubiungit, an in mundo ſit, an extra mundum. Hæ autem quæſtiones de materia quęri poſſunt, an actu ſit, an potentiâ: ponitur in potentia. Ad ſecnndam quęſtionem non ens ſeparari non poſſe dicimus: eſt enim vnius corruptio alterius generatio. Ad poſtremam verò,in mundo nõ eſſe, neq; in loco per ſe, ſed per accidens in loco eſſe eius rei quæ generatur: pars enim ponitur in loco totius. Omnis enim motus, qui.3.Phyſico.text.6. actus entis in potentia prout in potentia ponitur, ex potentia in actum eſt, atquè adeò augmentatio ex aliquo potentiali in actum deducit. Quibus conuincuntur pſeudophiloſophi, qui materiam ens actu, aut vnum elementorum ponebant, alii ſeparatam ſecundùm locum vnum à vaſe fuſum & quaſi ſuo loco pulſum, quem in modum Pythagorei materiã conſtituebant quoddam ab omni corpore phyſico vacuum, vt vas quoddam ſiue receptaculum ab ipſo ſeparatum. Alii autem ſecundùm eſſe & definitionem ſeparatam, vt Ariſtotelei ponebant, vt text. 22. diximus, materiam eſſentia & definitione, à corpore ſeparari, cùm ad omnia quæ tranſmutantur in potentia ſit. Quęrit ergo, cùm bifariam dicatur non corpus ipſa materia,loco ſcilicet & eſſe, quomodo ſit, cùm ſecundùm eſſe dupliciter ſit ſeparata, aut definitione vt Ariſtoteles, aut exiſtentia vt Platonici de Idęis dicebant: quamuis Plotinus dubitet, an materia ſit. Quibus poſitis, Ariſto. procedit ponendo ſuas concluſiones,vt Paulo videtur. Iuxta Niphum autem impugnat & confutat aliqua: quod & dicit Philoponus membra deſtruere propoſita. Idem enim hæc ſunt. Nam concluſio confutationis finis eſt & ſcopus, imò quæ ex confutatione colligitur. Parum igitur refert vno,aut altero modo dicas. Primò igitur probat materiam non eſſe à magnitudine ſecundùm locum,atque à phyſicis corporibus ſeparatam. Non enim poſſet,niſi vno ex tribus contingere modis. Primò, quòd nullum obtineret locum, velut punctum. Secundò, quòd obtineat, ſed vacuum. Tertiò plenum, ſed inſenſibile. Sed nullo iſtorum contingere poteſt. Non primo,quoniam quocunq; cõtingat modo, in aliquo eſſe loco aut per ſe aut per accidens eſt neceſſe, vt liquet. Nã ſi nullo modo eſſet in loco,multa acciderent abſurda,materiam primò non manere in generatione: aut ſi manet in eodem loco eſt,in quo genitũ. Impoſsibile enim eſt à corrupto vel genito ſeparari. Præterea,ſi vt punctum ſepararetur,nihil prohiberet infinitas eſſe materias: Ex indiuiſibili enim nullum fit maius. Rurſus, ſi vt vacuum ſeparetur: vacuũ enim eſſe non poteſt,vt.4.Phy. eſt demonſtratũ, nec materia ſeparata vacuum eſſe poteſt. Neque vt inſenſibile corpus: eſſet enim nõ quale: aut ſi quale eſſet, ſentiretur. Sicut enim ratione trinæ dimenſionis corpus eſt in loco, ita ratione qualitatis eſt in certa loci differentia, vt vel ſurſum vel deorſum. Quare ſi corpus eſt, in aliquo loco eſſe eſt neceſſe, ergo vel ſurſum, vel deorſum, aut in intermedio loco: ergo quale: ergo ſenſibile: erit enim graue aut leue. ¶Dices materia eſt in loco per accidens: ergo poteſt à loco ſeparari: Patet conſequentia, nam quod per accidens eſt variari poteſt. Reſpondendum, per accidens opponi neceſſario, & ſic variari poteſt. Vt verò opponitur per ſe,non variatur,quoniam non ſeparat à neceſſario. Priuatio enim per accidens eſt ad genitam rem, tamen neceſſaria generationi: materia & forma mouẽtur ad motũ totius, non cõtingẽter ſed neceſſariò, per accidẽs tamen. Corruptũ etiã ſuperiùs diceba mus per accidẽs requiri ad generationẽ, quia ſola materia eſt quę per ſe & neceſſariò requiritur: tamẽ corruptũ ipſum neceſſariò requiritur, quòd aliter quidẽ contingere nequeat.

¶At verò ſi ſit in aliquo, & ita qui dẽ ſeiunctũ ſit, vt nihil illius aut per ſe, aut per accidens ſit, multa profectò vel quę fieri nequeant, euenient.

Tres quæſtiones ẽ materia.

Paulũ Niphũq; eũ Philopono Autor cõponit.

Obiectio qđ materia nõ ſit in loco.

Solutio notanda.

Text.28.

euenięt. Dico autem vt ſi ex aqua fiat aër: idem non erit, aqua mutationem ſubeunte, ſed quia in aqua vt in vaſe materies eius eſt. Nihil enim vetat, infinitas eſſe materies, quare & actu fieri. Adde ꝙ nec ita aër ex aqua oriri videtur, vt permanente aqua aër inde egrediatur.

Materia non ſeparatur.

¶Deſtructo eo errore quòd materia non ſit ſecundùm magnitudinem ſeparata, deſtruit alium, quod nec ſit ſecundùm eſſe ſeparata. Nam ſi eſſe materiæ ſeparatum eſſet, vt aliud eſſet eſſe materiæ & corporis, vt vini & dolii: multa oporteret abſurda euenire.

1.Incommodum.

Primum quòd ex aqua poſſet aër tranſmutari ſine aquæ tranſmutatione. Deducitur, quia ſi ſecundùm eſſe ſeparatur, & actu eſt in corpore: ſequitur, quòd cùm omne eſſe ſit à forma, materia haberet aliud actuale eſſe à corpore: ergo ſi aër fit ex materia aquæ, quæ materia ens in actu eſt: ergo pari ratione ex ipſa aqua ſine aquæ tranſmutatione fieret: non enim repugnaret fieri ex ente in actu, cùm tamen generatio vnius corruptio ſit alterius. Quem locum notes (velim) in Ariſtotele planum ad impugnandum eos, qui ex parte materiæ aliquem actum intranſmutabilem ponunt. Debet ergo eſſe materia omnino in potentia. Quæ ratio ab Ariſtot. excogitata eſt contra Philoſophos antiquos, materiam ens actu, aut vnum ex elementis ponentes: quam nos iuniores reuocauimus affirmantes cum Commentatore, formam aliquam ex parte materiæ perpetuò eſſe, quia ſicut illa in materia manente, fit generatio, ita omnibus aliis manentibus pari ratione fieret generatio. Secundum verò incommodum, quòd ex eodem corpore finito infinita corpora non communicantia poſſent ſeparari. Quod ſtatim aſſertum falſum videtur. Finitum enim omne per finitorum ablationem tandem euaneſcit: ſi enim materia ſecundùm eſſe à magnitudine eſſet ſeparata, cùm locum non occuparet, nulli cederet: poſſent igitur infinitæ materiæ in eodem pedali ignis eſſe: ergo inde extrahi, atque infinita quanta generari. Non enim materiæ illæ plus loci occupant, quàm infinita puncta in linea: ergo ſicut intelligi poteſt, infinita à linea ſeparari poſſe puncta, ſic ab eadem materia infinitas poſſemus abſtrahere, quod tamen re & imaginatione impoſsibile dicit Philoponus. Quò fit, perperam quoſdam exiſtimare, in rarefactione materias coëxtenſas inſtar chartarum papyracearum, atque in condẽſatione complicatas, extendi atque explicari. Patet, quia ex illarum aliqua poſſet res aliqua tranſmutari, toto manente, quod eſt hoc ſecundum Ariſt. abſurdum. Eadẽ ratione neque in mixtione coëxtẽduntur materiæ, ſed agunt & patiuntur, vt ſe diuidant: non enim ſunt ſecundùm eſſe ſeparatæ. Tertium abſurdum, quòd materia eſſet in corpore, vt aqua in vaſe: tũc ſanè aqua generaretur, ſicut exiens à manente: quia aër ex aqua fieret ſecundùm quòd aqua exiret: quare generatio non eſſet ex corrupto, ſed exitus quidam à manente. Colligit ergo oppoſitum antecedentis Ariſto. Colligit etiam,materiam non eſſe in rebus, vt nil ſit ipſarum rerum. Quare bene diximus, materiam augmentationis inueſtigari per materiam generationis, vt ex datis, notiſque procedat Ariſt. Tum etiam, quia materia eadem, quæ augmentationis eſt, nutricationi (quæ quædam eſt generatio) eſt communis. Ex quo etiam loco colligitur, neque ſecundùm locũ, neque ſecundùm eſſe materiam ſeparari: quare neque poſſe eſſe ſine forma. Non enim tantùm neceſſariò ſemper eſt formæ coniuncta, ſed etiam per ſe, quoniam in eius ponitur definitione, atque ſine ea non exiſtet, atque adeò ſine loco atque paſsionibus, quæ ipſam conſequuntur. Bene igitur dictum eſt cum Alexandro, de materia generationis loqui Ariſtotelem: quanuis Philopono placeat, augmentationis materiæ poſſe etiam accommodari. Eſt enim cibus potentiâ animal, idem in omnibus ſecundùm naturæ ſimilitudinem. Video tamen ſecundùm eſſe diuerſum, atque obid magis quadrat Alexandri exiſtimatio.

Nota.

2.Incommodum.

Corollarium.

Tertium.

Nota.

Alexãder & Philoponus.

¶Satius igitur fuerit, inſeparabilẽ omnibus materiã tribuere vtpote quæ vna numero eademq; ſit, ratione non vna. At verò nec puncta, nec lineas, corporis materiã

Text.29.

ponere ijſdem de cauſis oportet: ſed cuius vltima ſunt hæc, id materies eſt, quæ nec ſine affectu vnquam, nec ſine forma eſſe poteſt.

Materia nō eſt magnitudine indiuiſibilis.

¶Quibus perpenſis, colligit id quod tex. 22. dixerat, melius eſſe, ſi dicamus materiam loco & eſſe inſeparabilem: vna enim numero cùm ſit, ratione eſſe diuerſam. Quare eiſdem ſupradictis cauſis, inſectilia puncta, lineas etiam, atque ſuperfices materiam non eſſe: quia nullibi eſſet. Sexto enim Phyſicorum cap 1. probatum eſt, hæc indiuiſibilia in loco nō eſſe: cùm tñ materia alicubi ſit: quia ſine affectu, ſine forma etiam eſſe non poteſt. Præterea, ſine tranſmutatione generantur, aut corrumpuntur indiuiſibilia puncta. Tertiò, incommodum eſſet, quia ex eodem finito in finita puncta ſepararentur. Tandem quartò, generatio non eſſet, niſi exitus rei: infinitis enim punctis egredientibus poſſet aqua manere. Quæ omnia vno verbo tetigit Ariſto. cùm dixit, propter eaſdē cauſas: quæ ratio ad impoſsibile deducit. Facit rationem deinde oſtenſiuam in vltimo ſecūdæ figuræ. Punctus, lineæ, ſuperficies, terminus ſunt materiæ: at materia non eſt materiæ terminus: ergo nō eſt illa indiuiſibilia. Nam materia, quæ ſine paſsione aut forma eſſe non poteſt, non terminat, ſed terminatur: quæ eſt minoris probatio. Vnde, ſi de materia generationis loquamur, in materia ſunt iſta ratione alterius atque per accidens, neque denominant ea ratione, qua indiuiſibilia ſunt: ſed qua diuiſibilia. Sine his enim materia nō reperitur, quod de augmentationis materia intelligi poteſt, quia à qualitatibus & paſsionibus ſeparari nequit.

Text. 30 ¶Gignitur igitur abſolutè aliud ex alio, id quod alio quoque loco iam definitum eſt. Atque ab aliquo actu exiſtente, quod eiuſdem ſit aut generis, aut ſpeciei, vt ignis ab igni, aut ab homine homo. Aut ab actu: durū enim à nō duro fit.

Materia non ſeparat à forma.

¶Probat Ariſt. augmentationis materiam ſe parabilem non eſſe à forma, nec indiuiſibiliter nec priuatiuè à magnitudine ſeiungi. Cùm enim dico priuatiuè, aptitudinem, quę includitur in priuatione, intelligo. At verò indiuiſibiliter, negatiuè ſine aptitudine intelligendum eſt, vt remaneat id quod eſſe non poteſt, à magnitudine, ſcilicet ſeparata, vel ſine aptitudine vel cum ipſa. Hæc eſt Ariſt. intentio. Ratio autem huiuſmodi eſt. Omne quod generat, facit vt eſt in actu: ergo ex ente in actu. Patet conſequentia: quoniam determinatum ex determinato eſt. Et ſicut efficiens & effectum vnum ſunt ſecundùm operationem, ita etiam materia & forma ſecundùm eſſe: quare, ſicut determinatus effectus ex determinata cauſa efficiente proficiſcitur (vt. 2. Phyſico. tex. 37.) ita etiam ex materiali. Cùm igitur materia primum ſit via generationis, & vltimum via reſolutionis: ex ipſa in actu in ipſammet in actu generatio eſt atque corruptio: cùm generatio vnius corruptio ſit alterius. Quare à magnitudine non ſeparatur negatiuè, aut priuatiuè, quare ſine forma eſſe non poteſt. Ratio ex pēdenda.

Obiectio

¶Dices hæc contradicere his quæ ſuppoſuimus, generationem ſcilicet ex ente in potentia fieri: malè igitur modò ex ente in actu. Dicendum, reſpectu diuerſorum (vt eſt intelligendum) non eſſe contradictionem. Nam per ſe eſt ex ente in potentia: quia ex materia: per accidens verò, quamuis neceſſariò, ex ente in actu. Nā ſi ſubſiſtit materia, per formam ſubſiſtit: ergo cùm per ſe ſit generatio ex materia, quę eſt potentiâ ens, atque etiam ens in actu per aliam formam: nihil abſurdi videbitur aſſerere, generationem tam ex ente in actu, quàm ex ente potentiâ fieri, ex illo per accidens, ex hoc verò per ſe. Aliter Auguſtinus, atque Philoponus: quibus viſum eſt digredi hîc Ariſtotelem ad rationem augmentationis explicandam, per ſimile aliquod in materia generationis. Nam hanc eſſe Ariſt. methodum non ſemel admonuimus, vt ex vniuerſalioribus & iam præconceptis, auctionis materiam intelligamus. Declarat enim, qualiter ſeſe habeant agens & id quod fit, quia quod generatur omne neceſſariò ex alio fit, quia generans aliud eſt à genito: atque adeò fit ab exiſtente in actu vel ſecundùm ſpeciem ſpecialiſsimam, vt homo ab homine: vel ſecundùm genus aut ſpeciē ſubalternam, vt mulus ab equo, vt. 7. Meta. text. 28. docet Ariſt. aut ſecundùm virtutē, vt durum à non duro fit, per duritiei effectiuum.

Solutio.

Philopon⁹ & Sueſanus.

Autor.

¶Cum

Text. 31. ¶Cùm autem & corporeæ ſubſtātiæ materies ſit & corporis iam talis (nullum enim eſt cōmune corpus) eadem & à magnitudine & ab effectu, ratione quidem, non item loco ſeparabilis eſt, niſi & ipſi quoque affectus ſeparabiles ſint. Patet igitur ex his quæ addubitauimus, accretionem non eſſe mutationem è potētia quidem magnitudine, actu verò nullam habente magnitudinem, quando quidem quod commune eſt, ſeparabile eſſet: hoc autem eſſe non poſſe, dictum iam eſt. Præterea talis mutatio accretionis propria non eſt, ſed generationis. Nam accretio, magnitudinis quę in quopiam ineſt, augmentatio eſt. Decretio verò, eiuſdem diminutio. Quamobrem id quod accreſcit, magnitudinem quandam habeat oportet. Proinde nequaquam cōuenit accretionem è materia quę magnitudinis ſit expers ad actum magnitudinis eſſe: potiùs enim eſſet generatio corporis, non accretio.

Vna eſt materia augmētationis & alterationis.

¶His poſitis, propriùs ad rem propoſitam accedēs, quò ex datis auctionis materiā ſumat, vnam eſſe auctionis atq; alterationis materiā hac ratione manifeſtat. Subſtantiæ corporeæ talis & quantæ eadem eſt materia, quia idem corpus eſt, aut, ſi eſſet alia materia, alia eſſet forma, eſt ergo vna numero, quamuis alia ſecundùm rationem: quæ ratione ſolùm non loco ſeparantur aut re, niſi velis dicere, accidentia ſeparari poſſe. Prætereà ex ipſis diuerſa fierent corpora: at hoc impoſsibile videtur, nam nullum corpus commune eſt vtriſq; quoniā ſunt diuerſi generis, ſicut nec animal commune eſt animali & quanto animali. Ergo non poteſt eſſe alia materia, ſed augmentationis & alterationis eadem erit. Idem enim eſt ſubiectum motus, & termini ipſius. Subiectum igitur augmentationis, quantitatis, qualitatis, & alterationis idem erit: atq; adeò eadem eſt corporis quanti atq; talis materies, quod in calce ſuperioris cap. dixerat, omnib⁹ mutationibus materiam eandem ſubiici. Diſcrimē tamen eſt, quòd ſubſtantialis corporis materia prima atq; informis ſubiectū eſt, augmētationis verò iam actu corpus, & forma ta: ergo eadem eſt loco & numero, non tamē ratione. Eâdē ratione, alterationis & augmētationis eadē eſt loco & numero, ratione tamen diuerſa. Quare ob id, ſicut generatio augmentatio non eſt. Ita nec augmentatio alteratio erit. Quod Ariſtoteles notat cùm dicit. Paſsiones eſſe corporis talis. &c. Quamuis itaq; materia ad formā dicatur, multiplicata forma ſecūdùm rē nō multiplicatur materia, niſi ſecundùm rationē: eadem enim materia perſeuerat, ſed eſſe nō idem. Diuerſitas igitur formę realis eſt, materiæ verò rationis. Aduerte tamen, corpus ſubſtātiale & corpus quātum idem eſſe, propter Ariſtotelis rationem: quia corpus quantum à corpore ſubſtantiæ non ſeparatur. Et ſicut eſt vnum ens, ita & vnum corpus re & loco, licèt per diuerſas rationes, ſubſtantiam ſcilicet & quantitatem, quæ diuerſorum prædicamentorum ſunt. Accidentia enim vnum numero ſunt cum ſuo ſubiecto: non enim ſignificant, niſi tale circa ſubſtantiam, cùm ſint entis entia. Quibus iactis, colligit proximū augmentationis ſubiectum, & dicit impoſsibile eſſe augmentationis materiam eſſe magnitudinem in potentia, ita quòd actu nullam habeat magnitudinem. Primò eadem eſt generationis, augmentationis, alterationiſque materia, ſed generationis materia ex quę ſitis ſeparari non poteſt aut ſecundùm locum, aut ſecundùm eſſe, aut ſecūdùm magnitudinem, ita vt indiuiſibilis ſit negatiuè aut priuatiuè: ergo neq; augmētationis & alterationis materia ſeparabitur. Quòd ſi ſeparare tur, ſine forma ſubſiſteret, quod millies eſt reprobatum. Secundò idem colligit, licèt (inquit) generationis materia eadem ſit cum materia augmentationis, tamen augmentatio generatio non eſt. Quoniā generatio mutatio quædam eſt de contradictorio in cōtradictoriū, & de nō eſſe ad eſſe: at verò augmētatio à cōtrario in cōtrariū, & de eſſe ad eſſe, quod

Notandū

Auctiōis ſubiectū colligitur

Primò.

Secundò

quod.5.Phyſi.tex.7.dixerat Ariſt. Ergo licèt per intellectum fingamus poſſe fieri generationem ex ente in potentia nullo actu ſubſiſtente, tamen augmentatio fiet neceſſariò ex materia magnitudinem in actu habente. Probat autem per definitiones ipſarum trãſmutationum: quia nihil aliud eſt augmentatio, quàm præexiſtentis quantitatis maioramentum: diminutio verò contrà: ergo quod augetur magnitudinem quandam habere oportet, ſine qua generatio potiùs quàm augmentatio diceretur, propterea quòd generatio fit ex ente ſimpliciter in potentia. Non tã probauit Ariſt. auctionẽ fieri ex materia actu magna, quàm ex communi notione accepit, ex eo quòd, ſi nullã haberet quantitatem non eſſet augmentatio magnitudinis appellãda, ſed eius generatio. Quare acquiſitio quantitatis, quæ fit in rei generatione, augmentatio non dicitur. Atque adeò vult Ariſt. in generatione per accidens materiam coniunctam eſſe magnitudini, in augmentatione verò per ſe. Sola enim generatio fit, ex priuatione neceſſariò, aliæ autem tranſmutationes ex contrario. Generatio nanque ſi fit ex ente in actu neceſſariò, id accidit neceſſitate materiæ: per accidens tamen eſt ad generationem. At in augmentatione non tantùm neceſſitate materiæ, ſed per ſe neceſſariò neceſſitate ipſius motus augmentationis, requiritur materia actu quanta, quia fit mutatio de ſubiecto in ſubiectum vt 5.Phyſico.tex.7. probatur.

Rationis vis.

Nota.

Tex.32. ¶Potiùs itaque ſumamus oportet quaſi tractantes ab initio quæſtionẽ, qualis accretio, decretióue, cuius cauſas quærimus, exiſtat. Igitur eius quod accrementũ ſuſcipit, pars quæuis augeri videtur. Atque pari modo in decretione, minor euadere. Prætereà accedẽte quopiã accreſcere, & abeũte decreſcere. Itaq; aut incorporeo aut corpore augeri illud, neceſſe eſt. Si igitur incorporeo, quod cõmune eſt, ſeparabile erit. At à magnitudine materiam eſſe ſeparabilem, quemadmodum prius eſt dictum, impoſſibile eſt. Sin verò corpore, duo corpora, id inquam quod augetur, & quod auget, in eodem erunt loco: quod etiam fieri nequit.

¶Probata materia augmentationis, quam neceſſariò dicit eſſe quantam, quærit, an fiat augmentatio aliquo corporeo aut incorporeo. Itaque vt res hæc apertior fiat, de modo auctionis, quaſi à principio reſumens determinat. Non enim tantùm contenti eſſe debemus ea quæſtionis diſſolutione, quòd aliquo adueniente augmentatio fiat, ſed ſpecialiùs inquirẽdum, corporeúmne ſit, quod aduenit an incorporeum, propinquioribuſq; inquiſitionibus, non tantùm quòd ſit ex corpore actu, ſed ex quali actu, atque de modo & cauſis diſquirere oportet. Ad hæc ita Ariſto. adiicit argumentando in vtramque partem, poſitis duobus poſtulatis, quæ ſibi proponit cõcedenda. Primum eſt. Quælibet pars aucti eſt aucta, & quodlibet quod minuitur, ſecũdùm omnes partes minuitur. Quod inductio manifeſtat, in omnibus tum plantis, tum animãlibus: quę & eorum ſingula membra, pari proportione iuxta eorum naturam augentur. Secũdum eſt, auctionem fieri aliquo adueniẽte. Plantæ enim augentur appoſito atque per radices ſumpto alimento, animalia verò ſumpto per os cibo, & in ſtomacho digeſto. Sicut enim creſcit ignis lignorũ appoſitione, quorum etiam detractione impropriè decreſcit, ad eundem modum viuentia propriè augentur aliquo adueniente, abeunte verò decreſcunt. Tunc poſitis his, impoſsibilem videri augmentationem arguit. Nam cùm oporteat fieri aliquo adueniente, vel quod accedit corporeum eſt, & ſic duo corpora in eodem eſſent loco, vel in corporeum, & ita non augeſcet: non quantum enim non faciet quantũ. Primum enim. 4. Phyſi. tex. 76. reprobatum eſt, nam de ratione corporis eſt locum occupare, & quod ei alterum cedat. Secundum paulò ſuperiùs impoſsibile oſtendimus: fieri enim non poteſt vt materia à magnitudine ſeparetur. Duo hîc ſunt aduertenda. Alterũ, quod ad methodum attinet ex Philopono eſt, tres ponere Ariſtotelem ſuppoſitiones, communeſque animi cõceptiones: duas hîc, tertiam

De modo accretionisq; fit.

Poſtulatũ primum.

Secundũ.

Philop.

tertiam verò infrà text. 33. per quas cuncta quæ de hac materia dicemus, examinanda ſunt & excutienda: ſemper enim in doctrina ex notis eſt procedendum. Prima, quælibet pars aucti augetur. Secunda, auctio fit ali quo extrinſecùs accedente, quas ſenſibilis experientia monſtrat. Tertia, quod augetur, in ſua forma ſecundùm eſſe & rationem manet idẽ: quibus, quæ in hac materia cõuenerint vera ſunt, quæ repugnauerint falſa fateri eſt neceſſe. Alterum eſt, Paulum hîc dicere, corpus de prædicamento ſubſtantiæ, cùm non occuper locum, in loco alterius poſſe eſſe, ratione tamen quantitatis, quæ locum repler, alterum corpus ſecum in eodem loco non admittit. Hoc enim verũ eſt, illud verò falſum. Nam corpora ſubſtantialia non dantur per naturam ſine quantitate, vt ipſe in augmentatione dari contra Ariſto. arbitratur. Item, ſi darentur, ſimul eſſe in eodem loco nõ poſſent, quoniam ſubiectum nata eſt ſequi paſſio. Sed corpus ſubſtantiale capax eſt trinæ dimenſionis: quare, ſi pugnãt paſsiones, ergo & ſubiecta, quia ſi effectus qui neceſſariò ſequuntur ſunt repugnantes: ergo cauſæ per ſe & proximæ illorum. Idcirco aliter dicit, corpus ſpongioſum eſſe atque poroſum, hoc eſt foraminibus plenum, quæ per calorem naturalem, cuius propriũ eſt reſoluere, fiũt, vt ſudatio ipſa præſefert, quæ per illa foramina quaſi per meatus & rimulas effluit, atq; alimẽtũ defertur, vt poſt dicemus, cùm rem hanc à primis fundamentis erigemus.

Paulꝰ Venetus.

Text.33. ¶At verò nec accretionem, decretionémue perinde fieri, atq; cùm ex aqua fit aër (tunc enim moles fieri maior adſolet) dicere cõtigit: non enim id accretio, ſed eius quidem in quod mutatio fit generatio, contrarij verò corruptio erit: neutrius autem, accretio. Immo aut nullius, aut ſi quid vtriſque, ei inquam quod oritur, & ei quod interit, commune eſt, veluti corpus, eius erit. Et nec aqua, nec aër accreſcit, verùm illa interit, hic oritur: ſed corpus, ſi quid augeatur. At hoc quoq; fieri nequit. Nã ea ſeruare oportet, quæ ei quod accreſcit decreſcítue ratione cõpetunt. Hæc autẽ, tria ſunt: quorum primum eſt, magnitudinis, quæ accreſcit, partem quãlibet maiorem effici: verbi gratia, ſi caro, carnis. Alterum accedente quopiam. Tertium, ſeruato, pariter atque manente eo, quod accretionem ſubit. Nam cùm quippiam ſimpliciter, abſoluteque gignitur, aut interit, non permanet. At cùm alteratur, aut accreſcit, decreſcítue: quod alteratur, aut incremẽta ſuſcipit, id permanet: verùm illic affectio, hic magnitudo, eadem non manet. Quòd ſi mutatio illa, quam diximus eſſet accretio, contingeret profectò quippiam nulla re accedente, permanentéue accreſcere: nullaque abeunte decreſcere, & id non manere quod ſuſcipit accretionem. At hoc ſeruare oportet: quippe cùm accretio talis eſſe ſupponatur.

¶Cùm tamen aliqui negarent, vel negare ſaltem poſſent ſecundam hypotheſim, dicentes ſimul fieri generationem cum auctione, & non per aliquid aduenies, ſed, quẽadmodum cùm ex aqua fit aër, creſcit aër, aut maior aëris quàm eſſet aquæ moles fit, nullo tamen aduenięte, extrinſecuſque inducto, ſed educto ab ipſa potentia ſubiecti: vel erat forte antiquorum reſponſio (contra quam arguit Ariſt.) quòd auctio à generatione non differret: quod tamen eſt falſum, quia quod generatur non erat, quod augetur erat, ergo non ſunt idem, cùm in generatione idẽ actu ſenſibile per totã trãſmutationẽ nõ maneat, quod

quod in augmentatione manere est necesse. Itaque videbantur isti asserere, nullo aduenie̅te augmentatione̅ fieri: quia, si esset incorporeum, maneret materia à magnitudine separata, si autem corporeum, penetratio magnitudinū daretur, aut certè scissio, atq; corporis ruptura, proinde non naturalis esset augmentatio sed violenta, molesteque & cum dolore accideret. Si porosum verò dicas, omne quod transmutatur alimentum ad omnes loci differentias moueretur, quod dicendum non est: siquidem omne mobile ad vnam tantùm loci differentiam mouetur. Quare solùm fiet per rarefactionem, vt cùm ex aqua aër, aut per condensationem, vt cùm ex aëre aqua, nullo vel accedente vel recede̅te: quod probatum est falsum, & rationibus posteà pro viribus fiet satis. Nunc autem sufficiat, hoc esse contra communem animi co̅ceptionem, atque adeò contra tertiam suppositionem, qua diximus idem secundùm actū sub vtroq; termino augmentationis manere quod in generatione non contingit, quę mutatio est de non esse ad esse. Secundò arguit Arist. (nequis existimet materiam augeri genito atq; corrupto communem, aut corporeitatem ipsam) aër (inquit) augetur, quia incipit esse, aqua præterea non augetur, cùm desinat esse, nec commune corpus, quoniā mutatur de non esse ad esse. Igitur, esse nō est idem neque corpus idem: quod augetur autem oportet idem secundùm existentiam saluari. Quocirca duo velim adnotetis. Alterū, idem corpus non esse in genito quod præfuit in corrupto, quia non est idem esse, eademq; existentia, vt hic docet Arist. Fictitia igitur est illa forma corporeitatis secūdùm esse reale, nisi fortè secundùm esse rationis, vt superiùs exposuimus. Alterum est, pro expeditione eorum quæ sequuntur: rarum sub modica extensione modicum etiam habere de materia, dēsum verò multum. Quare rarefactio dilatatio est quantitatis in eadem materia, cō densatio compressio atque contractio. Non enim hi motus fiunt per ingressum aut egressum alicuius corporis, vt fit in spongia. Neque rarefactio augmentatio erit, cùm augmē tatio motus sit ad quantitatem, rarefactio verò ad qualitatem. Est enim alteratio quædam ad formam vel figuram in. 4. specie qualitatis vbi rarum & densum collocātur, quātitate enim præcedente manente, absque additione augmentatio esse non potest, vt in bullienti & feruenti aqua eadem est quantitas, quæ in congelata, similiter in dura cera eadē quæ in liquida. Quæ quandoque per solum localem motum accidere possunt, vt de aëre in vessica, aut dolio compresso aut dilatato. Erit igitur ad situm, qui est quātitatis modus in ordine ad locum, atque ad positionem quantitatis motus: augmentatio autē ad quā titatem ipsam est, non ad eius dilatationem per alterationem, neque ad situm per motū localem. Quibus habitis, vt motus hos distinguamus redeat vnde fluxit oratio, literamq; textus enodemus. Reperit enim tres illas positiones, communesquè animi conceptiones, quæ sunt tres auctionis conditiones, quæ instar regulæ eorum quæ auctioni cōsentanea sint haberi debent, ad eas enim vt ad lydiū lapidē, aut ad amussim deprehendēda sunt vniuersa augmētationis præcepta. Arguit enim. Si quælibet pars eius quod augmentatur augetur. Deinde, si aliquo accedēte, quod virtute caloris naturalis in maiores partes, quàm fuerat deperditum, resoluatur. Tum, si idem secundùm formam toto tempore augmentationis manere est necesse: fit augmentatione̅ à generatione differre. Nil enim in generatione sensibile manet, in aliis autē motibus mutatio est secundùm passiones & qualitates. Quare falsa est illorum assertio dicentium, q̄ affectiones in generatione maneāt, cùm tam expresè Arist. inter generationem & alterationem discrimē ponat, penes hoc, quòd nulla affectio in generatione maneat. Præterea, quod aduenit corporeum, cùm sit, ne cum altero corpore se penetret, per vias atque meatus subtilissimos permeat. Atque ita per iuxtapositionem partibus solidis, & intussumptione̅ propriii alimenti. Ob idq; augmentationis motus molestus non est: est siquidem sine ruptura aut corporis scissione. Neq; violentus: est enim ab extrinseco, passo tamen conferente vim, perinde ac ferrum à magnete trahitur, & in vaporibus calore solis eleuatis conspicimus. Sic enim à calore natiuo alimentum ad aliam formam substātialē transmutatur. Placuit sub breuibus quæstionem soluere, quam Arist. non diluit, ne lector suspensus maneat: posteà tamen eam amplificabimus. ¶Aduertendum tamen, ex singulis conditionibus augmentationis singula peti posse argumenta, vt probemus augmentatio nem generationem non esse. Nam quod augmentatur, ipso manente secundùm se & quodlibet sui, augetur, quod verò generarur non augetur secundùm se & quodlibet sui ipso

Noranda duo.1.

Secundū.

Exponitur textus.

Augmentatio non est generatio.

ipso manente, per primam conditionem. Per secūdam verò, quod augetur, aliquo de foris accedente augescit, quod generatur autē nō fit per inductionem ab extrinseco, sed per eductionem de potentia materiæ. Per tertiam verò, quod generatur minimè manet sub vtroque termino transmutationis: quod augetur vero idem manet. Ex quibus omnibus patet, auctionem non fieri per generationem, neq; auctionis materiam esse ens in potentia nudum, sed actu quantum.

Text. 34. ¶Sed quæret aliquis, quid est qđ accrescit: vtrum id cui nonnihil additur? verbi causa, si quid crus augeat, crúsue maiº euadit, quod autem incrementum præstat, ipsum inquam alimentum, minime? Sed cur non ambo incrementa suscipiunt? Nam tam quod additur, quàm cui additio fit, maius reddi assolet: haud secus atque cùm aquæ vinum miscueris, pari enim ratione vtrunque maius est. An quia huius substantia maneat, illius verò, puta cibi, haudquaquam? Quando & illic quoque quod euincit, ac superat, in ipsa mistione augeri dicitur, ceu vinum. Nam in vniuersa mistura vini non aquæ functionem exercet. In alteratione quoque similiter, si caro, & substantia ipsa maneat, eorum verò affectuum, qui per se competunt, quispiam insit, qui prius non inerat, hoc sanè alteratūest. Id autē quo alteratum est, interdum nihil patitur, interdum & illud quo que pati solet. Verùm quod alterat, atque motus principium, in eo est quod alteratur, & eo quod accrescit: quod enim mouet, in hisce est. Quandoquidem & quod ingeri solet, fieri aliquando maius potest, & corpus quod eo fruitur: vt si quod ingeritur, spiritus fiat. Verùm cùm hoc patitur, corrumpi solet, nec in eo est id, quod mouendi vim obtinet.

¶Querit Arist. quid sit, quòd augetur, alimē tum aut corpus cui adiudicatur, an verò moles ex vtroq; aggerat, vt cùm vino aqua miscetur ambo augeri cernimus. Occasio autem quęrendi est, quòd auctio aliquo accedente fit. Respondet Arist. cibum nō augeri, quia, cùm per concoctionem digeratur, non manet, ob id ergo neque vtrunque augetur, quia ambo non manent. Superest igitur corpus, cui apponitur alimentum, augeri: quod trifariam ostendit Aristo. Primò, quia id solū manet: ergo solū corpus augetur: cętera enim vt diximus trāsmutātur. Deinde à simili de alteratione, in qua non qualitas quæ aduenit, sed subiectū cui additur, alteratur. Postremò illud augetur, quod in se habet principiū augmētationis, sed in alito & nō in alimēto huiusmodi principiū est: ergo. Assumptum probat, nā, cùm principium alterās aliud sit alterato, & in alito est anima principiū, nō auctum: ibi igitur est motus & eius initium vbi est principium mouēs nō motum. Habet enim alitū animā vegetatiuā, alimentū autem minimè, sed ad eā per generationē mouetur. Philopo. Aliter Philoponus exponit (quia hæc tertia ratio nullas videtur habere vires.) Videlicet ad quæstionis solutionē vnicā ponere cōclusionem: quā vnica etiam probat ratione quæ prima est: deinde eam declarat per alterationem, tandem dissimilitudinem inter vtranq; transmutationem inducit, scilicet alterans, vt ignis aut aër, dum alterat alteratur, augens verò cibus non augetur dū auget, tumescens enim in stomacho corrumpitur. Cùm ergo non maneat in ipso cibo potētia auctrix, in re quæ augetur, non in ipso alimento est. Habent ergo duo communia alteratio & auctio. Primum, quòd subiectum idem manet. Deinde, quod in augmentabili & alterabili est alterandi & augendi virtus.

Philopo.nus.

Diffe-

Differunt verò quòd id, quod auget, nunquam augetur: quod alterat alterari nil prohibet. Dices, quare potentia nutritiua est in re aucta? Dicendum, in alimento, quod corrumpitur, esse non posse, euanescere enim alendi virtus, quæ est cibi assimilatiua. In re ergo aucta quæ permanet, augmentationis principium residet. Sed tũc difficilius est dubium, quòd alteratiua potentia in alterabili non sit: quoniam res eadem à se ipsa alteraretur, quod falsum est: cera enim à se ipsa non sigillatur. Idem etiam videtur dicere Aristo. 2. Physi. tex. 1. Habere in se ipsis quædam principium motus atque quietis, tam secundùm augmentum, quàm alterationem. Cùm tamẽ 4. lib. de Cœlo tex. 24. dicat & probet, non esse principium alterandi in ipso alterabili, sed ab extrinseco trãsmutari. Thomas dicit, intelligi debere de alteratione augmẽtatiua, non tamen de alteratione vniuersaliter, de qua verum non esset. Augendi enim virtus in re aucta cùm sit, digerit & coquit cibum. Quare, cùm in eodem sint materia, sicut est augmentatiua, ita est alteratiua potentia: idẽque erit augmentabile & alterabile subiecto, re, & loco, quamuis ratione differant. Alexãder autem cum Philopo. dicit, vniuersaliùs Aristotelem loqui, cùm discrimen ponat, insinuetque differentiam quandam in ipsa alteratione. Quandam enim dicunt factiuam esse, quę est in alterante, aliam actuatiuam, quę est in alterabili. vt piper quod virtualiter calidum est, actuatione indiget, atque inse habet alteratiuam virtutem. Horum autem ratio hæc esse potest: quia auctrix virtus in augmẽtabili est, cùm permaneat, generatiua etiam non in generabili, sed in generante ob eandẽ rationem est: alteratiua tamen, quæ inter vtranq; mediat, nonnunquàm est in alterabili, videlicet, quando est perfectio ipsius, vt restauratio aquæ in pristinum statum, & vt ipsa auctio, quæ ad suã perfectã quãtitatẽ viuẽs ipsum deducit. Ergo actuatiuã, id est, perfectiuã alterationẽ, nõ magis repugnat in alterabili esse, quàm augmentatiuã in augmẽtabili. Quando verò factiua est alteratio, participat cum generatione & corruptione. Idcir co principium est in alio. Quare nulla est in Arist. contradictio: præsertim cùm. 4. lib. de Cœlo loquatur non tantùm de factiua alteratione atque particulari, sed etiam de materiali: hìc verò de virtute alterandi actiua atque communi, similiter & formali. Prætereà, cùm dicit, alterans non alteratur, sumendum est formaliter & per se, vt. 3. lib. Physi. tex. 17. dicitur, motũ esse per se in mobili, per accidens autem in mouente: eũ quo possibile est quod agit & alterat, repati atque alterari, vt posteà videbimus. Si placet poteris aliter dicere, insinuare Aristotelem differentiam quandam inter augmentationem, & alterationem, quòd augentatio semper cum alteratione, & ipsius augmentis, atque aucti passione fit: alterans autem, non semper cùm alterat patitur. Cuius ea est ratio: quoniam augens anima & id quod augetur in idem conueniunt: quod per quandam alimenti transmutationẽ, quæ non est absque alteratione, necessariò contingit. At alteratio non semper intrinsecum habet principiũ, nec quod alterat semper alteratur, vt inferiùs, cùm de actione & passione agemus, pspicuũ erit: licèt in reciproca actione quod alterat alterari cõtingat. Vtram malueris expositionem elige.

Dubitatio.

Redargutio.

S. Thom.

Alexã. & Philopo.

Autoris expositio

¶Cùm autem de hisce sit abundè addubitatum, dubitationis solutionem inuenire enitamur oportet, illud seruãtes, permanente inquam eo quod augetur, atque adueniente aliquo fieri accretionẽ, & abeunte decretionem: & insuper, quoduis sensibile signum maius, minusúe reddi: & neque corpus esse inane, neque eodem in loco duas esse magnitudines, neq; incorporea re quicquam augeri. Sumenda autẽ erit causa vno quidem prius à nobis definito: dissimilari inquam augeri, cùm similaria accrescũt: ex his enim quodque componitur. Deinde carnẽ, & os, & id genus partium quamque perinde atque cæterarũ, quæ formam habent in materia, duplicem esse: nam materies, atque forma: caro dicitur, aut os. Partem igitur quãlibet augeri, & accedẽte aliquo

Text. 35.

aliquo secundùm formam quidẽ, est possibile: at secundùm materiam, haud quaquam.

Auctiõis cõditiões

¶Accedens Arist. ad quæstionis præcipuę dilutionem, difficultatis causam proponit. Nã sex sunt conditiones ad auctionẽ requisitæ, tres affirmatiuæ, quas nõ semel superiùs posuimus, tres etiam negatiuę. Prima, ꝙ non sit augmentatio per vacuum. Secunda ꝙ nõ fiat per corporum penetrationẽ (vtrũq; enim. 4. Phy. reprobat.) Tertia ꝙ nõ fiat aliquo incorporeo, quoniã nõ ens subsistere à loco & magnitudine separatũ est impossibile. At difficile videtur hæc quadrare posse atq; repugnãtiã vacare. Si enim per vacuũ atq; per corporũ penetrationẽ ratione incorporei augmentatio nõ fit: quî enim fieri poterit, vt quæuis pars eius qđ augetur augeat? Quomodo etiã partes sensatę, quę se ipsas significant & ostẽdunt, augẽtur? nõ enim, ne penetratio detur, aliquo corporeo adueniente fiet. Vt propositã igitur ambiguitatẽ soluat, duo petit sibi cõcedenda, quę quisq; vera existimabit. Primũ, dissimilaria augeri, cũ similaria & homogenea crescũt: nõ enim quæcũq; pars manꝰ, manus est, cùm tamen quælibet pars carnis caro sit. Quæ distinctio non tantùm contra antiquos, omnia esse vnum & vnius rationis, dicentes excogitatur: verùm etiam in neotericos nominaliores, adducitur: qui caput, manũ, pedem vnius rationis esse dicunt: cùm non pudeat digitum etiam, hominem & risibilem appellare. Risibilem sanè hominem atq; risibile dictum. Secundum quod petit est. Vnamquanque similarium partium, cùm formam in materia habeant, speciem atque formam habere, similiter & materiã: diuiditur enim, vt ens naturale, in materiã atque formã. Vel totum secundùm materiam materia dicitur, & secundùm formã species. Quæ etiam distinctio non tantùm cõtra vetustissimos illos philosophos proponitur non ponentes in materia nisi formas accidẽtales, verùm cõtra Auicẽnã & alios dicentes torã quiditatem esse rei formam: vt intelligatis Aristotelicam esse opinionem, quam suprà retulimus, materiam partem esse quiditatis: naturam enim Aristo. semper ex materia & forma coagmentari docet. Aliter cum Nipho dicere libet: quoniam magis intento Aristoteleo quadrat. Totum enim, vt caro & os, & dicitur species & dicitur materia: materia sanè ad totum si consideretur, in se verò species dicitur, non aliam ob causam, quàm quòd partes ipsius totius materia sunt, totum autem ipsum partium est forma, vt tertio Physico. tex. 65. & 67. Ponit ergo vnam conclusionem, quã tollit vnum ex illatis incommodis, videlicet, quòd, cùm nec per vacuum nec per incorporeum, nec cum penetratione fiat augmentatio, tamen, cùm eius quod augetur quælibet pars augeatur, auctio fiet necessariò aliquo simili, secundùm speciem in similaribus adueniente, in dissimilaribus verò secundùm materiam. Fitque augmentatio secundùm partes, quas vocãt formales, id est, secundùm formam quæ manet, & non secundùm materiam quæ fluit. Caro igitur, si augetur, ideo crescit, quia forma quæ manet aucta est in maioríque materia facta, sicut de mensura vtris exemplum ponit Aristo. quæ eadem permanens cùm sit, mensuratum idem non est, fluit enim atque dilabitur. Contendit itaque Arist. totum augeri, atque adeò cùm formæ rationem sortiatur, secundùm formam atque formales partes fieri augmentationẽ, partes verò, quamuis augeãtur (cùm cuiuslibet quod augeꝰ quę libet pars augeatur) tamen nõ secundùm materiam, quæ continua resolutione variatur: sed secundùm formam, quæ manet eademq; perseuerat, atq; adeò secundùm totum, quod etiam rationem habet formæ & permanet, & non secũdùm partes, quæ rationem habẽt materiæ & fluunt.

Arist. duę petitiões. Prima.

Nominales falsi.

Secunda.

Auicénas

Niphus.

Auctio secundùm formales partes.

¶Intelligere aũt perinde oportet, atq; si quis aquam mensura eãdẽ metiatur: quod enim fit, aliud atque aliud semper est. Ad hunc itaque modum & carnis materies augetur: & non cuiuis parti eius quippiam additur, sed alia dilabitur, alia accedit. At cuiuis figuræ ac formæ parti, fit accessio.

Text. 36.

¶Hic textus in superiori, ne maneret ille suspensus, expositus est. Illud enim quod manet & continet, cuiusmodi est forma, est quod augetur. Vnde effluxit dogma illud, augmentationem secundùm formã fieri, arq;

adeò partes diſsimilares augentur, quatenus à quodam toto, id eſt à forma, continentur, nam cùm ipſæ partes continuò dilabantur propriè non augentur.

Text.37. ¶Id autem magis cõſtat in hiſce, quæ diſsimilium ſunt partium, vt in manu quòd iuxta proportionis rationem aucta ſit: quãdoquidem materies cùm diuerſa eſt, facilius dignoſcitur hic, quã in carne, & hiſce quæ ſimiliũ ſunt partium. Idcirco & cùm mortuum eſt quippiam, magis adhuc caro, & os, quàm manus, & brachium eſſe videtur. Quare partim augetur carnis quælibet particula, partim non augetur. Nam ſecundùm formam quidem, cuiuis parti quippiam adiungitur: ſecundùm materiam verò haudquaTex. 38. quam. Totum tamen maius euadit, accedente quopiam quod nutrimentum, atq; contrariũ nominatur, & in eandẽ formam tranſeunte: vt ſi humidum ſicco accedat, & cùm iam acceſſerit, mutationẽ ſubeat, fiatq; ſiccum. Nam partim ſimile ſimili, partim diſsimile diſsimili accreſcit.

¶Vtris exemplo atq; menſuræ declarauerat Ariſt. quem in modum forma maneat, nunc autẽ exẽplo partium diſsimilarium idẽ oſtendit: quoniã in ipſis manifeſtum magis eſt, materiã à forma diſtingui, q̃ in ſimilaribus & homogeneis: qđ ex eo patẽre poteſt, quia trãſmutatio fecit cognitionẽ materiæ, operatio autẽ formę. Diſtinguitur igitur ſpecies à materia, magisq́ videtur manere caro & os, q̃ manus, quod à vulgari cõſuetudine probat, qua ſoliti ſumus dicere, eandem carnẽ & oſſa eadem, non tamen idem brachium aut eandem manum manere. Quod quamuis verũ non ſit (non manente enim forma, idem non manet, oculus enim mortuus non eſt ſimpliciter oculus vt. 2. de Anima text. 9. dicit Ariſt.) ortum tamen habet hæc appellandi conſuetudo ex operationibus. Nam, cùm operatio manus & oculi extrinſecùs manifeſtetur, quæ non manent in membris abſciſſis, ideo iudicatur non manere forma. Carnis autem operatio intrinſeca eſt, atque occulta, vnde vulgares (cùm non iudicent neq; de operationibus diſcernant, neq; de forma, de qua nõ eſt ſenſibile iudiciũ niſi per ſenſibilẽ operationẽ) carnẽ manere ſimiliter & oſſa. manere exiſtimãt. Meritò itaq; à vulgari ipſi⁹ Nota. vulgi ſigno argumẽtũ petit Ariſt, vt omniũ conſenſu probetur, auctionẽ ſecundùm formã fieri: quia ſecundùm id quod permanet. Quo declarato alterã conditionẽ exponit, nẽpe, non fieri augmentationẽ cum dimenſionum penetratione, licet fiat aliquo aduenientẽ de foris: quandoquidem id quod aduenit corrumpitur, & membrũ ex illo generatur, & materia per totã augmentationẽ eadẽ numero nõ manet, dilabitur enim propter reſolutionẽ, forma igitur per ſe eſt quæ augetur: per ſe (inquam) tertio modo, vt ſingulare exiſtens. Si igitur auctio tranſmutatione alimẽti in ipſum alitum fit, nulla intercederet penetratio. Idque (ſuo more) antiquorũ conſenſu corroborat, & pfunctoriè queſtionẽ quãdã diluit, mirandum non eſſe quòd principiò alimentum diſsimile ſit & contrarium, coctum verò atque digeſtum ſimile: vt fiat antiquorũ concordia, quorũ hi auctionẽ ſimilibus, illi verò diſsimilib⁹ fieri dicebãt: illis ad finẽ, his verò ad principia inſpicientibus.

Tex.39. ¶Dubitauerit autẽ quiſpiã, quale id eſſe oporteat, quo quid augetur. Palã itaq; eſt: hoc potẽtia illud quod augetur eſſe oportere: vt ſi caro accretionẽ ſubeat, id quo illa accreſcit potentia carnẽ eſſe, actu autẽ aliud: qđ ſanè vbi corrũpitur caro fieri ſolet. Nõ igit̃ ipſum per ſe, ſolúmque eſt (nam alioqui generatio eſſet, non accretio) ſed id quod augetur cum eo eſt. Qualiter igitur hoc affecto, illud auge-

ugeri ſolet, an miſtio, haud ſecus atque ſi quis vino aquã infundat: & idem id quod ad miſtũ eſt efficere vinũ poſſit? An ſicut ignis tactum cremabile adurit, ſic & id cui augẽdi facultas delegata eſt in eo exiſtẽs quod accreſcit, quodq; actu caro eſt quod acceſſit è potẽtia carne, actu carné facere cõſueuit: illo igitur ſimul exiſtente, id ipſum accidit: quoniã ſi ſeorſum eſſet, generatio ſanè foret. Nam ignem ad hũc facere modũ cõtingit, videlicet iniectis in eũ qui iã eſt, lignis: verũ ita quidẽ accretio eſt. At cùm ligna ipſa incenduntur, generatio.

¶Quibus habitis, Ariſt. circa augmentationẽ quęrit alimentũ quale ſit: deinde qualiter apponatur: tũ, an augmẽtatio ſit mutatio & an ratione formę cõtingat. Dicit itaq; alimentũ non qualecũq; eſſe oportere, ſed tale, vt ſit in potentia membrũ, caro, & os: nõ quia alimentum caro ſit aut os (cùm ante q̃ ſit caro corrũpatur) ſed quia per eius corruptionem ex eo iſta generẽtur. Quare nõ omne corpus, optimũ eſt alimẽtũ: nõ enim lapis nõ lignũ. Quod Philoponus. ideò Ariſt. dicit (teſtãte Philopono) vt declarer, alimentũ ſimile eſſe in potentia, diſsimile verò in actu vnde colligit, quaſi tacitam obiectionem ſoluens, differentiã inter augmentationem & generationem, q̃ generatio ſeorſum fieri ſolet per ſe, augmentatio verò in alio. Et vt verbis Ariſtotelis vtar: id quod augetur, cũ eo eſt in quo fit auctio. i. forma per manens quę augetur, cũ materia, in qua multiplicatur, augetur. Sed dices, cùm augmentatio nõ ſit abſq; generatione, dũ augmentatur caro, aut generatur aut nõ, ſi nõ fit caro, ergo nec auctio erit: ſi verò fit, non antiqua caro, Argum. quia iam facta eſt, ergo noua, quare generatio erit. Dicendum, carnẽ fieri non per nouã formã, ſed per antiquã, quæ denuo in hoc, id Solutio. eſt in hac materia fit, & fit noua per accidens ratione materiæ, diciturque per accidens generatio, & auctio per ſe, quoniã ſecundùm ſe augetur: generatio nãq; per ſe (vt ſuprà probauimus) augmẽtationis rationem deſtruit. Etſi igitur auctio ſine generatione & corruptione fieri non poſsit, generatio tamen aut corruptio nõ dicitur, cùm forma nõ fiat, quę præerat, fit tamen in hoc, quia in materia alimenti appoſita dilatatur. Eſtq; de anima noſtra peculiaris ſimilitudo, vt nõ valeat argumentum: forma fit in materia alimenti, ergo fit. Rectè igitur dicebant antiqui augmentationem per generationem fieri. Fallebãtur tamẽ quia non per generationẽ per ſe fit (quia tollit eſſe, & cũ augmentatione pugnat) ſed cum generatione per accidens, id eſt, cum ad generationẽ. Adgeneratur enim forma antiqua in appoſita materia, quam adgenerationem proprio nomine nutritionem appellãt. Expoſito alimento exponit Ariſt. quomodo ſeſe habeat auctum. Pro quo aduertendũ, auctionem ſimilem eſſe mixtioni, quatenus ex aucto & alimento maius fit, & totũ quod prędominatur operationem exercet. Similem etiã docet alterationi, quatenus in nutrimentum ipſum agit, quocirca auctũ ad nutrimentum nõ tãtum actiuè ſed etiam paſsiuè ſe habere innuit: nã auctrix vis, dũ ipſum alimentum tranſmutat, patitur & alteratur, vt ipſa vini & aquę mixtio ſenſibili experientia docet, qua vtrũq; minùs purũ & ſyncerũ relinquitur. Et ita primã miſtionis ſimilitudinem exemplo vini proponit: ſecũdã verò alterationis, exẽplo ignis. Quare alimentũ, in potẽtiã ipſum quod alitur, ſit oportet, nõ enim caro fieret, niſi potentiã tale eſſet alimentum, ſicut neque ex cœlo ignis fit. Colligit Ariſt. vnũ corollariũ. Auctionẽ fieri augente & aucto ſimul exiſtẽtibus, & nõ aliter. Nam, ſi nõ fierẽt vnũ, ſed alimentũ cõuerteretur in naturã carnis ſeorſum, nõ augmentatio ſed, generatio eſſet. Ergo ſi augmentationẽ fieri oportet, neceſſum eſt, augentẽ cibũ ſimul eſſe cũ re quæ augetur, vt in ipſam aucti naturã cõuertatur. Exemplo ſit ignis, qui duobus modis ignẽ generat: vno modo igne genito in aliis lignis, & eſt generatio: altero modo igne genito in appoſitis & applicitis ad præexiſtentem ignẽ lignis, quo modo augmẽtatio nõ in rigore ſed ſecũdùm vulgarẽ loquẽdi vſum fit. Ad eundẽ ſanè modũ, de propria augmentatione loquẽdo, dupliciter caro generatur, vno modo alimento in naturã aliti cõuerſo, ita q̃ vnũ fiat, & eſt auctio, alio modo in naturam carnis propriè quæ generatio appellatur. Atq; in augmentatione vna & ea

dem veraque forma à principio in finem perseuerat, non tamen in generatione: quæ differentia prima & potissima est: & maximè notanda inter augmentationem viuentium & non viuentiũ. Non tãtùm hæc potissima differentia est, sed cęterarũ radix & origo, cùm viuentium formę adeò perfectè materiam actuent, vt seipsas agere videantur, hoc est per ipsam materiam quasi incedere atq; migrare, cùm non viuentis forma continuò in eadem parte materiæ affixa maneat. Ob idq; impropriè in anima ipsa per additionem formæ ad formam & materiæ ad materiã augentur: ani mata verò per extensionem & dilatationem, vnius & eiusdem præexistentis formæ in maiori materia. Nimirum, quia viuentis forma quasi se actuat atq; mouet, quæ viuentis perfectio est: nõ enim adeò immersa & affixa materiæ est, sicut rerũ inanimatarũ forma, quę adeò immersa & illigata est, vt perfectio earum in quiete consistat.

¶ Quantitas autẽ vniuersalis nul
Tex. 40. la fit, sicuti nec animal quod nec homo sit, nec singulariũ aliquod: sed vt hic vniuersale, sic & illic quãtitas. Caro igitur, & os & ner-
uus & similares partes, accedente
quidẽ quanto aliquo, sed non car
Text. 41. ne quãta augescunt. ¶ Quo igitur potentia simul vtrunq; existit, videlicet caro quanta, hoc quidem auget: nam carnem quantam fieri oportet. Quo verò solùm caro, hoc alit: hoc enim nutritio, & accretio ratione differunt. Quocirca quãdiu saluum manet animal, etsi decretionem subeat, alitur, sed non semper accrescit. Atque nutritio idem quod accretio existit, ratio tamen est diuersa. Quo enim id quod adiungitur, atque additur potentia caro quanta est, hoc carnem augere potest: quo verò caro potentia solùm, hoc nutri
re. Hoc autem forma, sine materia est: vt tibia potentia quædã in materia est similiter & quoduis a
Text. 42. liud instrumẽtũ. ¶ Quòd si materies aliqua accedat, quæ potentia sit tibia, & potentia quantitatem habeat, hæ tibiæ maiores euadẽt. Sin verò nihil prętereà agere possit, sed res perinde habeat, vt cùm vino subinde plus aquæ immisce tur, quæ tandem viuum aqueum reddit, facitque aquam, tum quãtitatis decretio sit, forma autem remanet.

¶ Determinans Arist. quæstionem illam, an augmentatio differat à nutritione, conuenientias primò ponit, deinde differentiam: Ex quibus auctionis colligemus subiectum. Principio conueniunt, quia, sicut nec generatur vniuersale, ita nec augmentatur: sed generatur per se singulare, per accidens vniuersale. Ita etiam de augmentatione censendum. Neque generatur quantum vniuersale neque augetur, neque vt subiectum generationis, neque vt terminus. Auget igitur & nutrit caro quanta, sed non eadem ratione & modo facit vtrũque: nutrit enim alimentum, vt potentià substantia, auget autem vt quanta. Conuenientia igitur est in obiecto materiali, eadem enim est vtriusque materia, differentia tamen est in formali: nutrit enim substantia, auget verò quantitas. Vnde fit augmentationis subiectum quantum esse, sed non à materia physica & singulari abstractum. Amplius differentia est, quòd animal, quandiu viuit nutriri oportet (indiget enim continua restauratione eius, quod deperditur.) Augeri tamen quandiu viuit, non est, nisi vsque ad consistentiam & statum, necesse. In senectute sanè improptiè satis senes augentur, pinguent enim potiùs ob virturis imbecillitatem, quàm augescant. Impotens enim est eorum natura, vt humidum in sui naturam resoluant, atq; adeò succum illum cibalẽ intrãsmutatũ relinquũt. Quare in quãdã alienę naturę pinguedinẽ degenerant. Concludit

dit igitur, Idẽ esse subiecto, numero, atq; loco ratione tamen (vt patuit) differre. Atq; adeò, quãuis ratione vtriusq;, materię scilicet atq; formæ, augmẽtatio fiat: propriùs tamẽ, & primatiò, atq; p se tertio modo, ratione formę. Quæ cùm eadẽ permaneat, si potẽs fuerit, alimentũ coquit, & secũdùm maiores partes in sui naturã trãsmutat. Sed cùm cõtinuò patiatur, & infirmetur sempiterna dissolutione, imbecillis agẽdo redditur atq; impotẽs, vt secundùm maiores partes trãsmutet: secũdùm ęquales in cõsistentia vertit, tandẽ debilitata auctiua & nutritiua virtute (quia secundùm minores restaurat) decrescit, donec mors ipsa
Textꝰ elucidatio sequatur. ¶ Vtcunq; exposita & interpretata textus litera, è re tua facturus videbor (studio se lector) si caput istud pulchrũ sanè atq; profundũ, quibusdã sumptis principiis & notatis fundamẽtis, dubiis etiã solutis, ampliùs illustrauero. Atq; vt rem methodo & arte, cõpendiosiùs & vtiliùs tractemus, quæstiones determinabimꝰ iuxta Aristotelis decretũ. 2.
An sit augmen. de posteriori Analysi scibiles. Cùm igitur augmentationem esse clarius sit, q̃ vt testibus indigeat, ab hac quęstione omniũ prima abstinebo, & supersedebo. Ecquid enim omnibꝰ magis est manifestum, q̃ viuẽtia singula sensim paulatimq; adolescere? Etenim plãtas, & plãtarũ radices, trũcũ, ramos, frondes, folia, fructus, corticẽ, & sic animãtiũ singula membra accrescere, cõtinua accessione facta, experimur, ac proindẽ decrescere, quę oppositа est trãsmutatio, vel medio etiã modo cõsistere & stare, perspicuũ est. Est enim omne viuẽs ad quantitatem à se mobile. Quid tñ ipsa
Quid augmen. sit, ne per abrupta & ignota principia ferremur, initio capitis huius finitionẽ posuimus. Tamẽ erat illa crassa, rudis, atq; prolixa: quæ inchoãtibus naturã augmẽtationis deprehẽdere, maximè erat accõmodata. Nũc verò ex Aristotele alia nobis colligẽda est: quę nõ modò subtilior sit, & exactior, sed elaborata magis: quę penetrãtibus & callẽtibus augmẽtationis causas, magis sit opportuna. Est igitur augmẽtatio cõuersio alimenti in naturã aliti, secũdùm maiores partes, q̃ fuerat deperditũ. In qua, reperies quãtitatis incremẽtũ vt formã atq; finẽ, alimentũ vt materiã, efficiens etiã adnotatur, vt exacta sit per omne genus causę physica definitio: vt lib. 2. Phy. c. 7. ostẽdit Arist. Quare diminutio, quę auctioni opposita est, per postremã particulã reiicitur: nã ipsa secũdùm minores partes cõuersio quædã est, vt cõsistẽtia secũdùm æquales. Quare rarefactio atq; cõdensatio, augmẽtatio nõ est aut diminutio. Nõ enim sunt motus ad quantitatẽ, sed ad qualitatẽ, aut modũ quãtitatis: neq; ex sola rarefactionis natura, noua materia aduenit. Accretio prętereà, quę in lignorũ fit appositione, augmẽtatio nõ est: fit enim per generationẽ quãdam per se, & nõ per adgenerationẽ, quę est cõuersio in naturã aucti. Dices, ex Arist. 5. lib. Phy. c. 1. mutationes distingui per terminos ad quos: sed conuersio alimenti est ad substãtiã, augmentatio ad quãtitatẽ: nõ sunt igitur idẽ. Deinde, augmẽtatio est motus, illa autẽ aliměti cõuersio mutatio: est enim nutritio inter cõtradictoria, sicut generatio, 5. Phy. tex. 7. Dicendũ, illã nostrã definitionẽ causãlẽ esse: nã augmentatio ex quadam fit cõuersione, vt nõ tãtùm augmẽtatio nẽ, sed modũ, & causas eius (vt pòst explicabimus) insinuemus. Si autẽ cupis formalẽ audire definitionẽ, quæ in recto verificet, dicito. Auctionẽ esse quãtitatis maioris acquisitionẽ nutritioni cõiunctã. Ex quibus omnia dubia facilè corruẽt. Difficilis tamẽ quæstio est tertia, qua queri potest, Qualis nã sit, aut qualiter fiat ipsa augmentatio? hęc nanq; maxima est. Idcirco, vt certa ab incertis seperemus, ad uertendũ principio est, ad omnẽ augmẽtatio nẽ cõcurrere motũ localem, alterationem, & generationem, rãdem suo modo mistionem. Applicatio enim futuri aliměti ad stomachũ, & ipsius iã quasi alimenti attractio ad partes viuentes, motus locales sunt, nisi q̃ prior purè localis est, posterior verò iã augmentationi proxima est, statim enim propriũ alimentũ singulis partibus apponitur. Alteratio prętereà est, cùm coquitur alimentũ. Prętereà ipsi est corruptio, & naturę aliti generatio, cùm in ipsius naturã cõuertitur. Neq; enim est generatio viuẽtis seorsum & per se, sed quatenus nutritur, alitur, fouetur, & ne pereat, reparat: quæ adgeneratio in modũ fit cuiusdã mistionis, cùm alimentum ipsum alitũ infirmet & imbecillius reddat, ex eo q̃ minùs purũ est quod acquiritur, q̃ quod fuerat deperditũ, atq; adeò alimentũ saluari videtur saltẽ secundùm virtutem in humido cibali. Semper enim resonat & sapit naturam ipsius alimenti, vnde facta fuit mutatio: propriè tamẽ mistio non est, vt posita mistionis natura, postea videbimus. Ex quo sequitur, augmentationem nullũ istorũ motuũ esse: quia primus est ad locũ, secũdus ad qualitatem, tertius ad substantiã mutatio quædam est, neq; omnes simul, quia non esset vnus motus augmentatio,

Rarefactio est nõ auctio.

Argum.

Solutio.

Quomõdo fiat augmẽtatio

Corollarium.

tio, quare nec motus esset, quatuor enim isti motus non vnum aliquid sunt, sed aliqua diuersorum generum. Est igitur augmentatio ad quãtitatẽ motꝰ vnus. Quocirca, vt clarior fit exactiorq; quæstionis elucidatio, aduertẽdum est, alimentum primùm in ore masticatione, vt melior fiat in ventriculo concoctio, præparari, nam propriè nec alteratio illa dicẽda est nec digestio. In stomacho deinde coquitur vnde fæces ad intestina mittuntur, & chilus ad iecur per Mesaraicas venas administratur, vbi per secundam coctionem massa sanguinaria conficitur, & quod crassum est expurgat lien. Postrema digestio ĩ mẽbris fit, vbi p̃ calorẽ naturalẽ attracto cibo (quẽ quasi alimentũ vocãt Medici) propriũ alimẽtũ in naturã aliti conuertit: excrementitiũ aũt, partim per porosam cutim resoluit, partim qđ serosum est p̃ eosdẽ meatꝰ regreditur in vesicã. Vndesequit, poros necessarios esse, nõ tã tùm necessitate agentis & viuentis, qđ calore suo resoluit & quasi rarefacit, & spongiosum efficit: verùm etiam necessitate finis, ratione augmentationis, & necessitate formæ, quia ad ipsius perfectionem: fit enim augmentatio per intussumptionem, alimento partibus solidis appositio. Notandũ præterea est, vt propinquiores causas augmentationis tangamus: tria postulata ab Arist. ex omniũ consensu, tanquàm cõmunes quasdam animi notiones ponni, vt res augeatur necessaria. Primũ: eius quod augetur, aut minuitur, quę libet pars augetur aut minuitur. Cuius ratio nẽ Arist. 5. Phy. tex. 1. posuit: cùm aliquid per se primò mouetur, non ratione partis per se primò mouetur, ergo cùm viuentia per se primò augeãtur, secũdùm se & nõ ratione partiũ augentur: ergo aucto toto partes omnes augeri est necesse. Legitima igitur est atq; necessaria conditio. Intelligenda tamen, non de partibus in potẽtia, in quas, infinitæ cùm sint non posset esse diuisum alimentum, aut continuum foret diuisum in omnes suas partes. Modificanda igitur est de partibus in actu, vt exponit Arist. de partibus quantitatiuis & sensatis: mouetur enim totum motu augmẽtationis principaliter, ergo & omnes partes mouebuntur. Secundum postulatum est, augmentationem aliquo aduenientẽ fieri. Debet enim reduci in actũ per aliquid, quod actu quantitatem contineat, ergo accedente aliquo corporeo: quantum enim ex non quãtis non constat. Tertiũ, q̃ remaneat idem antè & pòst. Idem autẽ intellige secũdùm subiectum atque existentiã, aliter nõ distinguere tur à generatione. Ob idq; secundùm formã fit augmentatio, sicut & assimilatio: quia cuilibet parti secundùm speciẽ, tanquã permanenti, fit additio. Ex quibus sanè conditionibus efficitur, augmentationem fieri secũdùm formam & formales partes, nõ tñ secundùm materiã & materiales. Sic exponit Auerrões com. 38. Philopon⁹ com. 35. Augustinus etiã. Et hoc ob id, quòd eadem secũdùm numerũ forma manear, quæ per corruptionem alimẽti & humidi resolutionẽ neq; generatur neq; corrũpitur, sed in maiori materia adgeneratur atq; nutritur. Ergo per formales partes formã, & per materiales materiã intelligere oportet. Secus enim neq; idẽ, neq; omnes simul partes augerẽtur, neq; secũdùm actũ: qđ est aduertendũ, & id Arist. exẽplo mẽsurę ex posuit, quę variatis mẽsuratis eadẽ est. Habet enim se forma ĩ ordine ad materiã, vt mẽsura, ex eo q̃ finis & terminus est materię, vt lib. 2. Phy. tex. 28. & tex. 88. mõstrauit Aristo. Atq; forma veluti mẽsura materiã cõtinet. 4. Phy. c. 5. & 1. de Anima tex. 91. Secũdùm igitur id quod manet, id est, secũdùm speciem atq; formã, & nõ secũdùm fluidã & dilabẽtẽ materiã augmẽtatio fiet. Qua ratione quẽlibet pars augeẽ, cùm cuilibet parti secũdùm formã aliquid adgeneretur, & nõ secũdùm materiã. Et iuxta secundã cõditionẽ, cùm secundùm speciẽ accretio fiat, aduenientẽ aliquo corporeo, nulla dimẽsionũ penetratio sequetur, aut vacuũ, aut introitus alicuius incorporei, cùm se cũdùm partes formales cõuersio fiat. Idẽ ex tertia cõditione deducit: quia quod augetur manere debet idẽ secũdùm numerũ: ergo secũdùm permanẽtẽ formã fit. Ob quas conditiones, minimè secũdùm materiã fiet. Primò, quia nõ permanet. Secũdò, quia ei nõ potest aduenire. Tũ etiã, quia nõ quęuis pars eiꝰ augetur. S. Tho. atq; Philoponus mẽsuram illã vtris exẽplo fluminis declarãt, qui totꝰ vnus est atq; cõtinuus, ampliori nũc, nũc pauciori aqua fluẽs, alia & alia aqua aquę partibus denuo succedẽte, vt in ignis etiã flãma cõtingit cuius eadẽ est figura, materia nõ eadẽ. Populus etiã & ciuitas eadẽ sunt secũdùm speciẽ, in materia verò mira varietas: Et locꝰ qui materialiter variatur, idẽ secũdùm formã permanet. Exẽplũ Aristotelis vniuersalius est, quod omnia cõprehẽdit, hęc enim omnia quę posuimꝰ in mẽsurę ratione cõueniũt. Vt si sit canalis ex corio factus, qui seruata forma semper cũ aqua pertrãseat, figura eâdẽ pmanẽte, nunc

Notandũ quomodo fiat

Conclusio: Augmẽtationem secũdùm formã ex illis principiis deducitur.

Corollarium.

Notandũ

Tria postulata.

Primum.

Secundũ.

Tertium.

nunc tamen contracta atque compressa, nũc verò iuxta introẽuntis aquæ molem extensa & dilatata. Obiicies tamen, viuens non augeri secundùm materiam propter fluxum, ergo eadẽ ratione neq; secundùm formã, quoniã impossibile est, abeunte subiecto formã, quæ in eo est, manere: aut sanè omnis viuẽtis forma à materia separabilis esset. Quare, cùm secundùm formã quẽlibet pars aucti augeatur, nulla pars formę in propria maneret materia.

Argum.

Solutio. Dicendum, quãlibet formę partẽ præexistentẽ in alia fieri materia, q̃ prius esset, non tñ fit omninò in noua materia, ita vt prorsus materiam, quam possidet, deserat, & in aliam migret. Vnde, quamuis vulgatum illud axioma in argumento insinuatum (Accidens, scilicet, non migrat de subiecto in subiectum) in vniuersum formas omnes, etiã substãtiales comprehendat, intelligendum est de totali & cõpleto subiecto, nõ tamẽ de partiali & incõplero. Verũ etiã est de formis materialibus prorsus, nõ autẽ de spiritalibus, siue de his quæ spiritalis formæ rationẽ participãt. Est enim inter substãtiales formas, similiter & inter accidẽtales latitudo quædam. Purè enim materiales quædam formæ sunt, quæ omnino materiæ immerguntur & affiguntur, vt forma lapidis, & elementorum: aliæ verò in altero extremo spiritales sunt, vt angeli, & rationalis nostra anima, quæ separabilis est: aliæ verò mediæ sunt, quæ non separantur, vt vegetatiua, & sensitiua, quæ vtriusque extremi rationem participant. Neque enim adeò materiæ addictæ sunt, vt primę, neque separabiles, vt posteriores: sunt autẽ minùs affixæ & alligatæ quàm illæ: ideo nõ inhęrẽt, neq; inhęrere dicuntur, sed informare & actuare materiã. Aliquo tamen modo separatæ sunt, eò q̃ non adeò alligãtur & innodantur ipsi materię, vt illę, nec toraliter & omnino deserũt materiã. Quam, quasi migrationẽ vocabis, cùm in eadem materia quã informãt, se extẽdant atque dilatent, quod nõ est simpliciter de subiecto in subiectum migrare, sed secũdùm quid, & quadã ex parte. Cùm enim alimentũ corrũpitur, desinit esse pars materię rei corruptæ, & incipit esse pars materiæ eius, cui adiudicatur in quam ipsa forma aucti adgeneratur, nõ de serẽdo materiã priorẽ, sed in coadunatas materias se dilatãdo. Perindè ac fieri videmus in quibusdã aĩalibus petris affixis, in quas sine separatione se extẽdunt, & cõstringunt. Totã itaq; materiam in augmẽtatione permutari, est impossibile. Secundùm partes refluit, tota funditus nunquàm euanescit, solidiores & instrumentarię partes perpetuò manẽt: arq; adeò forma illa substantialis, licèt in subiecto eodem se augeat & dilatet, & aliquo modo migret: simpliciter tamen de subiecto in subiectum minimè migrat. Quæ latitudo non est substantiis propria, cùm etiam in accidentibus reperiatur, vt lib. 2. de Anima, de specie bus sensibilibus declarabimus. Ponit Philo- Philopo. ponus exemplũ, de vmbra secus fluentium aquarum decursum intellecta, quę eadem est secundùm substantiam in aqua existens, cùm tamen aqua eadem non permaneat, nisi secũdùm partẽ. Meliùs dicemus de lumine, quod forma est positiua, nam vmbra priuatio quædam est. Idem enim lumen in aëre moto, atq; aqua est, veluti ipsius diaphani actus. Et idẽ est secundùm formã, quamuis subiecti partes permutentur, modò omnino subiectum nõ commutetur. Ergo nullum in argumẽto illatum incõmodũ vrget. Est enim anima omnis suo modo spiritalis, vt lib. 2. de Anima cap. 2. dicemus. Quo fit, õmnes alias expositiones Corolla- extortas, minimeque philosophicas esse, ne riũ: quo dicam violentas. Vt illa est Alberti ponentis, reproban partes formales, id est, radicales: materiales, tur falsæ id est, cibales. Sic enim non quælibet pars expositio esset aucta. Qualis etiam illa Egidii, partes nes. formales, dicentis, valentes per se operari si separentur. Præterea etiam dicentium, partes homogeneas materiales hetereogeneas verò formales: cùm vtrasque Aristoteles secundùm speciem atque materiam diuidat, tex. 35. Communior autem, quæ iuniorum est positio, magis falsa est, cuius classis sunt Marsilius, Buridanus, & eorum sequaces, partes formales porosas, & materiales nõ porosas dicentes. Falluntur enim circa nominis impositionem. Potiùs enim partes non porosas, vt quæ formam contineant, formales deberent appellare: sunt enim perfectæ, perfectum autem rationem subit formæ: in poris enim nihil est, quod actu pars sit ipsius viuentis. Ergo secundùm poros illos fieri nõ poterit augmentatio. Maximè, quòd, quam- Duplex a uis in illis poris atque meatibus quasi alimen limẽtum. tum sumatur, proprium tamen alimentum, secundùm quod fit augmẽtatio, in ipsis partibus solidis atque non porosis confectum, ipsis adiudicatur. Neque sensit Aristoteles, vt alii existimant, secũdùm partes formales fieri, hoc est à forma, quæ principium est operationis: cùm in hac re nulla sit constituta cõtrouersia, neque hoc augeri, de quo quæ

Corollarium.

stio est,sed agere sit. Quo fit, alimentum per primũ non esse desinere,in cuius materiã forma per primum esse inducitur. Et ita fit coagulatio & vnio in priori naturæ, in genere causę materialis secundùm materiã, & simul tempore extensio formę,quam diximus, nõ deserendo proprium subiectum quasi migrare,vt fiat adgenerario eiusdem in noua materia.Et ita erit corruptio alimenti, attamen nihil simpliciter de nouo incipit, quamuis incipiat de nouo esse in hac materia;quoniam augmentatio non est nouę formæ generatiua, sed antiquæ in noua materia inductiua. Qua ratione augmentatione differt,quòd viuentia per adgenerationem , id est, generatione per accidens: Ignis verò generatione per se, atque formæ nouæ eductione, augetur. Huius autem ratio est, quoniam inanimatorum formæ eãdem habitudine totũ & partes respiciunt:quare in quauis parte saluãtur. Animatorum verò formæ minimè, requirunt enim organicum corpus atque diuersimodè dispositum.Quare totum respiciunt,vt proprium,primum,atque totale perfectibile: ad quod primò & per se habitudinem habent, ad partes verò posteriùs: quod libro. 2. de Anima cap. 2. ex sancto Thoma, atque eius fidissimo commẽtatore Caietano prima parte quæstione.76.articulo.8.& secundo contra Gentes cap.72.declarabimus. Interim tamen posita sufficiat differentia, quòd viuentia à se mouentur,non viuentia ab alio. Secũdò propter perfectionis latitudinem.Tertiò, quod omnium est fundamẽtum,propter habitudinem ad suum perfectibile.Contra quę

Argum. obiiciunt quidam, nõ esse idem totum quod augetur: siquidem,nisi in solo homine, antè & pòst eadem forma non est. Sicut enim materia noua aduenit, ita eductio formæ noua est,tota materia abeunte,perit profectò & abit tota forma: parte igitur materiæ concedente & abeunte, partem etiam formæ destrui oportet. Dicendum, argumentum hoc

Solutio. iam à nobis solutum esse, viuens quodcunque secundùm formam idem omnino esse,secundùm materiam verò, licèt non sit omnino idem,nõ est mutatum prorsus, manet vti diximus semper materia radicaliter, illa quæ ad indiuiduationem concurrit secundùm solidiores partes , quæ minimè resoluuntur. Quam ob causam idem numero manet, non largè sumpto nomine, vt fluuius quòd per eundem situm effluat, neq; propriſsimè, vt Deus & intelligentiæ & cœli,quæ substantialiter non variantur,sed propriè & medio modo idem est:quia precipua pars , scilicet forma,omnino eadem,alia verò quæ materia, secundùm solidiores partes permanet: obidq; augmẽtatio motus est,quia idẽ in actu à principio ad finẽ manet, generatio verò minimè, vt.5.Physicorũ tex.8.dicitur.Imò, quod amplius est,hoc est quod præcipuè Arist.in hoc cap.intendit,quòd,quamuis materiæ partes dilabantur,secundùm quas augmentatio minimè fit,partes tamen formæ permanent,secundùm quas augmentatio contingit. ¶Sed redarguet nos diligens studiosusque lector, augmentationem motũ non esse, cùm omnis motus vnus sit atque continuus:ergo in tempore, at vero augmentatio cum nutritione fit,quæ generatio quædã est substantię. Quare,si semper augmẽtatio nutritionem ipsam comitatur,quæ mutatio non motus est: ergo & ipsa solùm erit mutatio . Maximè,cùm ad continuitatem motus.5. Physi.cap. 3. primò necessaria sit vnitas subiecti: temporis etiã: vtrumque autem in præsentiarum deest. Nã non potest esse subiectum vnum, quod ex tã diuersis constat partibus. Neque temporis est continua successio,propter admixtam generationem,quę necessariò subitò & in instãti fit.Prætereà etiam desideratur vnitas termini ad quem,cùm quantitas,quæ in vna mẽbri parte acquiritur,non sit eadem cum quãtitate,quæ in alio membro comparatur. Ob hæc argumenta Niphus dixit augmentationem continuam nõ esse,esse tamen motum. Et rationẽ insinuat,quòd continuitas solùm de ratione motus localis sit,non tamen de ratione auctionis.Quod crediderim falsum,& contra motus rationem ab Arist.3 Physico. text.6.traditam, vbi motum in communi, Actum entis in potentia prout in potentia, definit . Sonat ergo actum imperfectum in fieri,atque cum quadã successione,vt expressè 4.Physicorum text.99.dixit Aristo. motum (scilicet)omnem continuum esse.Imò, quod amplius est, quia motus continuus est, tempus etiam continuũ esse docet,quantus enim motus est,tantum & tempº. Et tertio Physi. prædicto tex.6. de augmentabili exemplum ponit. Et.5.Physicorum tex. 41. de vnitate motus in communi differens , dicit, omnem motum vnum esse & continuum , ad continuitatem autem subiecti requiri vnitatem temporis etiam , nam si intercipitur motus , & in medio tẽpus sit,neq; vnus est neq;

Nota.

Sit nemo tº augmẽtatio.

Niphus.

continuus motus.Si tamẽ ad momẽtũ inter scissus sit motus & intermissus,ita vt immobilitas negãtiua , nõ quies priuatiua intersit, vnitatẽ motus non tollit.Quod ad augmentationẽ respiciẽs videtur Arist. dixisse , nam possibile non est toto augmentationis tempore auctionem,saltem momentaneè,nõ cessare.Sed non curo:sat enim est,quod cùm augmentatio contingit successiuè & continuò eueniat.Est enim tempus vnum, subiectum vnum , quantitas prætereà quæ acquiritur numero eadem : nam quantitas quę in capite acquiritur, ratione vnitatis ipsius subiecti vna numero est cum quantitate quæ in pede comparatur.Id ipsum Aristo.lib. 6. Physic. cap.4.&.5.satis apertè probat omnem motum continuum esse atque diuisibilem. Neque obstat quod. 8. lib. Physico.text. 23. dixit , neque augeri neque minui possibile esse continuè : quoniam Heraclitum expugnabat , qui omnia semper asserebat moueri, nam non (inquit) possibile est continuè augeri : quia medium est & status : in consistentia enim cessat augmentandi vis. Quare,si mobile(id est subiectum quod augetur)

Augmẽtatio est vna tempus etiam augmentationis vnum est atque continuum : ergo & ipsa augmentatio: nam quantitas , quæ terminus est, vna est, quæ ipsum subiectum denominat : & remoto omni impediente nihil prohibet augmentationem continuam esse. Vt si animal sanum sit , beneq; vt augeatur dispositũ,quãtitas comparabitur,quæ continuitate & vnitate subiecti vna erit. Quare licèt ob ingruentes ægritudines , vsque ad finem augmenti augmentatio vnus motus non sit, tamen cùm est augmentatio necessariò motus est atque continuus. Vnde argumenti

Solut.Argu. solutio patet: quòd quanuis augmentatio cum nutritione(quæ in instanti est)fiat , in tempore tamen contingit , quoniam mutatio illa propriè generatio non est, sed adgeneratio, & antiquæ formæ extensio. Ergo,sicut nihil prohibet nouę formę generationem successiuè comparari pòst productionem minimi naturalis,vt.6.Physi.tex.59. patet, quia producto minimo successiuè fit in residua materia formę extensio : sic etiam viuentis formam, quandiu viuit , continuò nutriri & quasi extendi opus est. Perinde enim se habet, ac illuminatio lucernę: quæ alia & alia succedente flamma , continua &

Lege loco illum. vna dicitur, Quod ampliùs declarabimus cap.9.huius libri,in calce primę quæstionis.

Aliud verò satis est solutum , atque monstratum , augmentationis rationem continuam esse continuitate quadam naturali, qua viuens vnum dicitur atque cõtinuum.

An viuẽs sẽper nutriatur. ¶Ambiges, an verum sit , animal quandiu viuit nutriri. Quoniam in primo instanti non nutritur : nunquàm enim est nutritio absque alimenti alteratione, quę in instanti fieri non potest. Prętereà, si absit alimentum , aut si presens sit , dum tamen adsit morbus , quem medici Lienteriam vocant, in quo talia egeruntur alimenta qualia ingesta sunt:quod est signum illa nullius nutritionis causam fuisse. Confirmatur quoniam contingeret natiuum calorem seipsum corrumpere : si enim in humidum perpetuò ageret , euanescceret tandem,atquè adeò seipsum destrueret. Niphus problema di-

Niphus. cit esse , interim tamen (vt solet) protestatur, quòd , si aliter occurrerit oppositum sentiet . Dicendum tamen , affirmatiuam partem veram esse,cùm naturalis calor agens sit naturale , in cuius potestate situm non sit agere & non agere , necessariò nutrietur semper , atque fouebitur humido. Deinde calor natiuus alimento semper indiget .vt fomento atque pabulo, vt de flamma lucernæ fieri videmus, quæ statim euanescente cera euanescit & exhalatur.Ergo semper est & continua nutritio , & actio caloris in humidum : quanuis ægrotante & laborante animali non tantum quantum oportet conuertatur:fouetur tamen & sustentatur , ne pereat, illa leui nutritione,quãdiu in ipsum alimentum agere potest: à quo vel causa alia morbifica si superetur , perit animal. Et id est quod Aristo. hoc cap. text. 41. dicit, quandiu saluum manet animal, etsi decretionem subeat , alitur. Argumenta autem in oppositum nullius sunt ponderis.Quoniam in primo instanti generationis omnes operationes generanti debentur.Aliud verò de absentia alimenti,per accidẽs est: quoniã loquimur de viuente, quod alimentum sumit, quo remoto calor cõuertet se ad humores, ad pinguedinem,atque id genus alia,quibus foueri potest calor:quibº cõsumptis ageret in ipsum humidum radicale , quod in ipsis solidis partibus insitum est , quoad cõsumat ipsum. Quòd si inde eius destructio sequatur, nihil prohibet, cùm ex accidenti & prẽter intẽtionẽ accidat:intendit enim semper seipsum conseruare,periit autẽ quoniam deest alimẽtũ,Ex quibus patet ad illũ morbũ

propositum, nam semper aliquid alimẽti manet, aut conuertitur calor ad partes solidas. De quibus hactenus. Plura atq; exactiora à medicis sunt petenda.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. ponit Arist. quinq; cõclusiones: ad primã rationes duas; & quæstionem vnã: ad secundã quæstiones duas. Ad primã quæstionẽ postulata tria, & obiectionẽ vnã atq; quæstionẽ: quæ soluit tertia cõclusione, quam probat ratione vna atq; simili vno: & differentiã ponit vnicã, & sex conditiones augmentationis & duas suppositiones. Ad quartam conclusionem, vnum exemplum & dubitationẽ: quam quinta conclusione soluit, ad quam tandem tria annectit corollaria.

1. Cõclus. ¶ Restat dicamus, augmentationem à
1. Ratio. cæteris motibus differre. Primò, quia generatio ad substãtiam est, circa affectũ alteratio, ad locum est loci mutatio, circa magnitudinem tandem versatur accretio: ergo ratione termini à cæteris motibus differens est. Modo præterea differt: nam quod generatur, quod corrũpitur, quod alteratur, non necessariò locum mutat: quod augẽtur autem, oportet aliquo modo mutet, similiter & qđ decrescit: cùm tamen quod rectâ fertur, tota mole locum omnino mutet, quod circũfertur verò semper seruat eundem locum. Igitur nõ solùm obiecto, sed mu-
Quæstio. tationis modo differre perspicuũ est. At id, circa quod accretio versetur, dubiũ est, vtrùm ex corporeo an incorporeo sit an ex magnitudine coniuncta materię,
Solutio. an separata. Sed neutro modo sit: nam, si separata esset, nullumoccuparet locũ, vt pũctum, vacuum, aut insensibile plenum. Qua ratione, multa quæ fieri nequeunt euenirent, infinitas (scilicet) materias esse, atq; actu fieri: permanente insuper aqua aërem inde egredi. Satiùs igitur fuerit, ex inseparabili à magnitudine materia augmentationem fieri, vt potè quæ vna eademq; numero sit, ratione non vna. Quamobrem auctionis, ge- 2. Cõclu.
nerationis, & alterationis materia non modò separata non est, sed vna eademq; est, ratione tamen non vna. Cùm enim materies eadem corporeæ substantiæ sit, & corporis iam talis, quæ à magnitudine, ab affectu, ratione quidẽ non loco separetur: vnam dicere secundùm rem materiam oportet. Quasi tractantes ab 1. Quęst.
initio quæstionem, quális sit accretio atque eius causas quæramus. Igitur eius Postulatum. 1.
quod accrementum suscipit pars quęuis augeri videtur. Præterea accedẽre quo Postulatum. 2.
piam accrescere. Insuper seruato atque Postula. 3.
manẽte eo, quod accretionem subit. At Obiectio
aut incorporeo aut corporeo augeri est necesse: si incorporeo, materia esset separabilis: si corporeo, duo corpora, id (inquã) quod auget & quod augetur in eo dem erunt loco. Quæret igitur aliquis, 2. Quęst.
quid est quod accrescit, crus quod maius euadit, an alimentum, an ambo simul? Animatum corpus, vt cuius sub 3. Cõclu. tio &quę stionũ lo lutio.
stantia maneat, cui cibus ipse aduenit, Ratio.
augetur. Id enim solum augetur, quod manet. In alteratione similiter accidit: Simile.
nõ enim qualitas quæ aduenit, sed subiectũ ipsum quod manet alteratur. Hoc Differentia.
fanè dissidẽt: quia id à quo alteratũ est, interdum nihil patitur, interdum pati solet. Verùm quod alteratur patitur, atq;

atq; motus principium in eo est quod alteratur. Quod autem auget, vt alimentum, minimè augetur. Dubitationis solutionem vt inueniamus, hæc principia seruemus oportet. Idem quod augetur
Sex cõditiones augmẽtationis. ante & post manere oportet. Quod augetur adueniente aliquo augeri, abeunte verò decrescere. Insuper quæuis sensibilis pars ipsius viuentis augetur, aut etiam minuitur. Atq; adeò, vt aliquid augeatur, vacuum & inane corpus ponendũ non est. Similiter neq; in eodẽ loco duas esse magnitudines asserẽdũ. Tãdem neque incorporeo accedẽre aliquid
1. suppos. augeri. Sumenda igitur causa erit posi-
2. suppos. tis priùs principijs. Dissimilaria augeri cùm similaria accrescunt. Deinde, carnẽ, & os, & similia, quę formã habent in materia, duplicia esse: nam materies
4. Cõclu. atque forma, caro dicitur, aut os. Partem igitur quamlibet augeri accedente aliquo, secundùm formam quidem est possibile: at secundum materia nequa-
Exẽplum quàm. Quod intelligere perinde oportet, vt siquis aquam eãdem mensura metiatur: sic cuiuis parti figuræ atque formæ fit accessio: totum igitur maius euadit accedente quopiam atque in eandem formam transeunte. Dubitauerit autem quispiam, quale id esse o-
Dubitatio. porteat, quo quid augetur. Palàm enim est, cibum aucto contrarium esse: atque potentiâ illud quod augetur esse
5. Cõclu. oportere. Non enim ipsum per se solũq; alimentum est: sed forma, quæ augetur, cum eo est. Transmutatur igitur alimẽtum in ipsum alitũ, vt siquis vino aquã infundat: igitur simul existentibus augẽte & aucto augmentatio accidit: quoniam si seorsum essent, generatio sanè foret. Quantitas autem vniuersalis 2. Corol.
nulla sit, neque animal, neque homo. Quocirca quandiu saluum manet ani- 3. Corol.
mal, etsi decretionem subeat, alitur: sed non semper accrescit. Idem nutritio, quod accretio, existit: sed ratione diuersa sunt. De augmentatione igitur hoc modo dictum sit.

CAPVT. VI.

¶ Cùm autem de materia, & hisce Text. 43.
quæ nuncupantur elementa, primò dicere oporteat an sint, nec ne, & vtrum vnumquodque eorum sempiternum sit, an ortum subeat aliquo pacto, & si generentur, vtrum ex sese mutuò generentur eodem modo omnia: an inter ipsa vnum aliquod primum sit priùs vtique de hisce disseramus necesse est, de quibus nunc dicitur indefinitè. Omnes enim tam qui elementa ipsa, quàm qui ea quæ constant ex elementis generant, segregatione & congregatione, atque actione & passione vtuntur. Est autem congregatio, mistio. Sed quonã pacto quippiam misceri dicatur, planè ac dilucidè haud quaquam est definitum. At verò nec alterari quicquam, nec segregari, congregariue, nullo patiente, aut agente potest. Etenim qui plura faciunt elementa,

menta, actione & paſsione mutua, generationem fieri cenſent: quãquam ex vno facta omnia dicant neceſſe eſt. Atque hoc rectè quidem dicit Diogenes, niſi ex vno eſſent omnia, non poſſe viciſsim agere, & pati, ceu calidum frigefieri, & idem rurſum calefieri: nõ enim calor & frigus in ſeſe mutuò tranſeũt: ſed ipſum vt patet, ſubiectum mutationem ſuſcipit. Quare horum, quibus actio cõpetit, vnam eſſe ſubiectam materiam neceſſe eſt. Dicere igitur vniuerſa eſſe eiuſmodi, non eſt verũ: ſed ea quibus mutuò à ſeſe pati, & agere inſitum eſt. At verò ſi de actione, paſsionéue, & de miſtione contemplandum ſit, & de tactu ſpeculemur eſt neceſſe. Nam neq; agere & pati ea poſſunt propriè, quæ ſe mutuò tangere nequeunt: neque fieri poteſt vt miſceantur, quæ non quodammodo ſeſe tangunt priùs. Quare de hiſce tribus, videlicet quid tact⁹, quid miſtio, & denique quid actio, determinandum videtur. Hinc autem ſumatur initium. Nam ex entibus ea quibus miſtio competit, eſſe apta vt ſeſe mutuò tangant, eſt neceſſe: atque ſi quid agat, & aliud patiatur propriè, ſimili itidem modo atque illa afficientur. Quocircà de tactu prius dicendum eſt.

¶Dictum ſatis cùm ſit de generatione vniuerſaliter, alterationeq;, & augmentatione, & quid ſit id quod augeť, & auctionis quiſnam ſit modus, dicere iam ab hoc loco cõſequens erat, ſingulatim quę generẽtur & vbi: quę ad conſiderationem ſublimium, metallũmue, ad animalium prętereà generationes ſpectare videntur. Tamen cùm de motu ad formam ſermo habitus ſit, antè quàm ad hęc particulatim accedat Ariſto. neceſſum eſt de his, ſine quibus generatio, augmentatio, & alteratio non accidunt, diſſerat. De actione (videlicet) atque paſsione, de tactu prætereà, atque mixtione: ſunt enim hęc omnibus mutationibus cõmunia. Inſuper de vocatis elementis agendum. Nam, quemadmodũ materia prima ante omnia fuit exactè tractanda, quòd omnibus mutationibus primũ ſit ſubiectum: ita etiam rerum particularium generationis oportet materiam tractare, quam ipſa elementa cenſere oportet. Erat igitur neceſſarium de elemẽtis ſermonem aſſumere: communiter enim hæc poſt primam materiam omnibus ſubiiciuntur, & ſunt omniũ corporea quędam materia. Dicit autẽ Ariſt. De hiſce quæ nuncupantur elementa, quoniam re vera: cùm elementum propriè dicatur illud ex quo aliquid primò componitur, cuiuſmodi prima materia eſt, illa propriſsimè elementum erit. Vel dicit nuncupari elementa, non quòd poſt primam materiam re uera elementa non ſint, ſed quòd nullum elementum purum reperiatur, ex Ariſto. 2. de Generatione cap. 2. 3. & 4. Multaq; proponit de elementis tractanda, ſint (videlicet) elementa, & quot ſint, qualia prætereà, generabilia (ſcilicet) an corruptibilia, & quis corruptionis modus, an ex ſe inuicem. De quibus, inquit, nunc eſt indefinitè dictum, & prætereà. 3. & 4. libris de Cœlo: hiſce tamen poſitis principiis, preſsiùs hęc omnia ſunt definienda. Cauſam huius tractatus aſsignans Ariſtoteles, ſubdit: quoniam omnes, quotquot fuerunt philoſophantes, hęc tractant, & horum mentionem licèt inſufficientem feciſſe videntur. Ponebant enim omnes prima contraria, primo lib. Phy. cap. 5. De actione igitur, & paſsione, tactu, & miſtione diſquirendum eſt, atq; de vocatis elementis. Nã acturus eſt poſteà de plantis, animalibus, & eorum partibus, de Meteorologicis etiam impreſsionibus, & de aliis id genus multis, quorum ſingula ex elementorũ notione pendent & nota euadunt. Maximè, quia vt hic dicit Ariſt. Diogenis ſententiam approbando, niſi ex vno eſſent omnia (id eſt ex materia prima, vt Ariſt. exponit) non poſſent inuicem agere atq; pati: nimirum quòd oporteat commune eſſe ſubiectum, quod ea quæ tranſmutãtur ſuſcipiat. Quare quibus actio competit, vnam habere ſubiectam materiam eſt neceſſe. Ergo, ſi ſine tactu actio nõ eſt, vt 7. Phyſi. cap. 2. patet, de tactu agendum erit primò: eſt enim veluti commune quoddã genus, quod ad actionem requiritur: quocirca de tactu prior erit ſermo.

Methodi ratio.

Text. 44. ¶Ferè igitur vt & cætera quæque alia nomina, pluribus dicuntur modis, & partim vniuocè, partim altera ab alteris, prioribuſq;: ſic & de tactu quoque res ſeſe habet. Sed tamen quod propriè dicitur, ad ea accõmodari ſolet quę ſitum habent. Situs autem hiſce, quibus & locus competit: etenim perinde, vt Mathematicis, tactũ, & locum reddamus oportet, ſiue eorum quodque ſeparatum ſit, ſiue alio modo habeat. Si ergo tangere ſit, quemadmodum anteà eſt definitum, extrema ſimul eſſe: ea profectò ſe mutuò tangẽt, quę cum diſcretas magnitudines ſitumq; habeant, extrema ſimul habent. Porrò cũ ſitus omnibus, quibus & locus competat, atque ſuprà & infrà, & id genus oppoſita, prima loci differentia ſint, omnia ſanè, quę ſeſe mutuò tãgũt. pondus leuitatémue, aut vtraq;, aut alterum habebunt: quæ autẽ talia ſunt, actiua ſunt, & paſsiua. Vnde cõſtat ea ſuapte natura mutuò ſeſe tangere, quorum cùm viciſsim mobilia ſint, atque motiua, diſcretis, ſeparatisq; magnitudinib⁹ extrema ſunt ſimul.

Text. 45. ¶Cæterum cùm id quod mouet nequaquam ſimiliter id moueat quod motũ ſubit, ſed neceſſe ſit vt idem, aliud moueat motum & ipſum, aliud immobile perſiſtẽs: haud aliter de ipſo quoque agente dicendum eſſe in aperto eſt. Nam id quod mouet, agere quippiam: & contrà quod agit, mouere dicunt. Verùm differentiã ſubeunt, & proinde ea diſtinguamus oportet. Non enim fieri poteſt vt quoduis mouens agat, ſi patienti agens opponamus: patiẽs autem ſit, cui motus ſecundum affectũ competit: affectus verò, ſecundũ quẽ ſolũ alteratio fit, vt albedo, & calor: ſed mouere latius quàm agere patet. Illud igitur palam eſt, ea inquã quæ mouent partim mobilia tangere, partim minimè. Verùm ea tangere vniuerſaliter diffiniuntur, quæ ſitum habent, & quorum alterum motiuum eſt, alterũ mobile, idq; viciſsim, quibus agere, atq; pati competit. Magna igitur ex parte, id quod tangitur, id tãgit, à quo tãgi ſolet. Etenim omnia fere quę apud nos ſunt, cũ mouẽtur, mouẽt: per quę eſſe neceſſe videtur vt id, quod tãgitur, tangat, à quo tangi ſolet. Interdũ autem dicimus mouens, ſolùm tangere id quod motu cietur: & cõtrà quod tãgitur, id nõ tãgere à quo tangitur. Verùm quia quæ eiuſdem ſunt generis cùm motũ ſubeunt mouẽt: vt quod tangitur

tangit

tangat necessarium esse videtur. Quare si quid motus expers moueat,id profectò tanget mobile, nihil autē illud. Interdum enim dicimus eum qui nos molestia afficit,tangere nos,non nos illum. De tactu igitur rerum naturaliū, hoc pacto determinatum sit.

¶Quia verò tactus in modum generis se habet,pluribus necesse est modis dicatur: latēt enim æquiuocationes in genere. 7.Phy.c.4. Distinguit ergo Arist. tactum, quadrifariāq; partitur.Nos ergo breuiùs, compendiosiùs, atq; cū methodo,quod alii implexè,his paucis dicamus.Triplex igitur est tactus.Primus Mathematicus ad quem tria requirūtur:primò,quòd quæ se tangunt quanta sint: quare intelligentia cœlum hoc modo minimè tangit.Deinde,quòd quæ se tangunt situ distinguantur:quare nec materia & forma,nec accidens & subiectum,& fortasse neq; duę medietates virgæ pro medietate aridæ & pro medietate viridis,tangi dicentur. Tertiò, ꝙ magnitudinū extrema sint simul,id est quod non habeant medium,tamen non sint vnū: ob id vnius lineæ partes non se tangunt. Secundus tactus Naturalis dicitur, qui super hæc tria,quæ exigit Mathematicus tactus,addit actionem & reactionem,vt cùm elementa se tangunt. Quare,si corpora sint quæ se tangūt & inuicem in se non agāt,propriè ad hunc modum non pertinebunt: vt cœlestia corpora, quę licèt materiam habeant,& corpora sint se tangentia,trāsmutabilia nō sunt, quare neque hoc modo sese mutuò tangūt. Nam quæ sese mutuò tangūt (inquit Arist.) actiua non tantùm sunt,sed passiua: mobilia atq; motiua sint etiam oportet.Cœlū tamen negandū non est tangere hæc inferiora,quāuis non tangatur.Id enim limitat Arist.cùm dicit,hanc positam tactus naturalis finitionē magna ex parte intelligendam: nam interdū (inquit) dicimus,mouens solum tangere id quod motu cietur: & contrà quod tangitur id non tangere,à quo tangitur: nimirū quia eiusdem generis non sunt atq; materiæ. Postremus tactus est Metaphoricus:cùm(videlicet)vnum in aliud sua virtute agit, qualitatemq; aliquam inducit non propriè alterationem,sed passionem aliquam: vt tristās nos, aut ad cōmiserendum commouens, aut ad irascendū: qua ratione dicere soliti sumus, conuitium aut molestiam nos tetigisse: de quibus plura dicere superuacaneum cēseo.

Tactus triplex exponitur.

SVMMA CAPITIS.

In hoc capite Arist. vnam ponit conclusionem & quatuor acceptiones tactus.

¶*Cùm autem de materia, & de hisce quę nuncupantur elementa, definitè dicere oporteat: de actione, passione, similiter & de tactu dicendum est. Nam hæc, de quibus antiqui insufficiēter tractarunt priora sunt, sine quibus alia nō constant. Quocirca de tactu priùs dicē dum: qui, cùm nō vniuocè sumatur, pluribus dicetur modis. Tangunt igitur se quæ cùm discretas magnitudines situmq; habeant, extrema simul habent. Vnde constat ea suapte natura mutuò sese tangere, quæ discretis separatisque magnitudinibus extrema simul habent inuicem actiua atque passiua. Interdū autem dicimus, mouens solùm tangere id quod motu cietur: & contrà, id non tangere à quo tangitur: mouens enim, quia eiusdem generis non est, immobile manet. Interdū etiam dicimus, cùm quis nos molestia afficit, tangere nos: non nos illum. De tactu igitur rerum naturalium hoc modo determinatum sit.*

Cōclusio

1. Acceptio.

2. Accep.

3. Accep.

4. Accep.

CAPVT. VII.

¶Deinceps de actione, & passione dicendum est,cū de hisce sententias

Text.46.

tentias inter se se subcontrarias à maioribus nostris acceperimus. Plurimi em̄ vno ore hoc astruūt, à simili inquā simile nullum pati,quia neutrum altero potius actiuum sit,aut passiuum, quippe cùm eadem omnia similibus similiter insint. At quæ dissimilia, differētiaq; sunt, vt mutuò agāt, patianturq; aptissima esse asserūt. Nam cùm minor ignis à maiori corrūpitur,ob cōtrarietatē illū id ipsum pati inquiūt: dicunt enim multū pauco esse contrarium.

¶Cùm de tactu disputasset, expediēs esse docet, de agere atq; pati determinare. Refert; (suo more)antiquorum errata,vt his confutatis suam meliùs opinionem inducat. Faciliùs enim hac methodo,omnium consensu, Arist.sententia probabitur.Ex antiquis ergo quidam dicebant simile à simili non pati,sed à dissimili: quia contraria sunt quę agunt & patiuntur,secus si à similī cōtingeret pati,idē accideret à se ipso pati.Quare nil incorruptibile foret,atq; æternum. Et ita ad argumentum in ipsos factum respondebant de maiori & minori igni,magnum paruo, multum pauco esse contraria.

Text. 47. ¶Democritus verò solus præ cæteris peculiariter dixit.Nam agēs & patiens,idem ac simile esse asserit,non enim fieri posse arbitratur, vt differentia, atq; diuersa à sese vicissim patiantur. Sed etsi quæ diuersa sunt quippiam in se se mutuò agant,hoc illis euenire, non quo diuersa sunt,sed quo idē quippiam habent. Quæ igitur dicuntur,talia sunt.

¶Democritus simile à simili pati dixit:quia quæ prorsus dissimilia sunt, minimè patiuntur,vt grauitas & albedo,linea atq; nigredo. Præterea,quia vnū contrariū alterū nō recipit,sed color in colorē, elementū in elemen tū transmutatur:simile igitur in simile. Quatenus enim dissimilia sunt, minimè agerent aut paterentur,nisi ea ratione qua vnum cōmune,in quo cōueniunt,habeant: quod existimo de materia(si verum est)intellexisse.

¶Qui autem hoc pacto dicunt subcontraria dicere videntur. Contradictionis verò causa, est hęc. Nam cùm totum quippiam contemplari oporteat, de parte quadam loquuntur vtriq;. Nam quod simile est,& omni ex parte nullam prorsus habet differētiā, nihil à simili pati,rationi consentaneum est.Cur enim potius alterum altero erit passiuum? Item si fieri queat vt quippiam patiatur à simili, illud quoq; à sese pati poterit. Atqui his ad hunc modum sese habentibus, nihil aut incorruptibile, aut mutationis expers fuerit,si quidem simile quatenus simile existit actiuum sit.Nā corpus omne sese interno,proprioq; motu mouebit.

Text.48.

¶Colligit Arist.has duas opiniones minimè contradicere,sed contrarios sermones protulisse:respiciebant(inquit)ad partē,& nō ad totum.Nihil enim à simili pati dicebāt: quia idē à seipso,cui maximè simile est, paterētur: neque omnino à dissimili, vt linea ab albedine,patitur.Partes illi inspexerunt: totū autē nobis inspiciendum est,& rem partim à simili partim à dissimili pati,docendum.Nam, si quodcunq; agens non in quodcunq; cōtingens,sed in contrarium agit,sic vt secundùm genus & potētiam similia sint,secūdùm formā & actū dissimilia.Est igitur res vtrâq; ex parte considerandā: & ita quęlibet harū opinionū partim vera erat, & in parte falsa, vt expositū est.Nam si simile in omnino simile ageret,& in seipsum agere posset,interno,proprioq; motu se consumeret,nihilq; incorruptibile aut mutationis expers foret.

Et quod

Text.49. ¶Et quod prorſus diuerſum, & nullatenus idem eſt, ſimiliter. Nam neque albedo à linea, neq; linea ab albedine quicquam patietur, niſi fortè per accidens: ceu ſi lineam eſſe albam, aut nigram acciderit. Non enim ea, quæ neque contraria ſunt, neque ex contrarijs conſtant, ſeſe extrudunt, propellúntque à natura. ¶At

Text.50. cùm non quoduis agere, ac patinatum ſit, ſed quæ aut contraria ſunt, aut habent contrarietatem, tam agens, quàm patiens genere quidem ſimile ac idem, ſed ſpecie diſſimile, atque contrarium eſſe, eſt neceſſe. Nam corpus à corpore, & ſapor à ſapore, & color à colore, & in ſumma, quod eiuſdem eſt generis, ab eo quod eiuſdem itidem generis eſt, pati aptũ

Text. 51. eſt. ¶Cuius cauſa eſt, quòd contraria in eodẽ genere ſunt omnia. Contraria verò, inter ſeſe viciſſim agunt, patiunturque. Quare & agens, & patiens partim eadem ſint, partim diuerſa, atque inter ſeſe diſſimilia, neceſſe eſt. Cùm autem agens, & patiens genere quidem eadem, ſimiliaque ſint, ſpecie autem diſſimilia, cõtraria verò ſint eiuſmodi: tum cõtraria, tum quæ inter ea media ſunt, inter ſe mutuò actiua, & paſſiua eſſe conſtat. Etenim omnino generatio, atque corruptio, in hiſce cõſiſtunt. Quamobrem & ignem calefacere, & frigidum frigefacere, & omnino actiuum id quod patitur ſibi ſimile reddere, iam rationi conſentaneum exiſtit: nam agens & patiens contraria ſunt, & generatio in contrarium tendit. Quare neceſſe eſt, vt patiens in id mutetur quod agendi vim obtinet: hoc enim pacto in cõtrarium erit generatio.

¶Probat, omnino diſſimilia non agere. Nam ſicut, cùm ſunt omnino ſimilia, dixit nullam eſſe rationem, quare illud agens, hoc patiens ſit: ita ſanè nulla eſt agendi ratio albedinis in lineam, niſi fortè per accidens, quòd contingat lineam eſſe nigram (per albedinem enim & nigredinem actiuas intelligit qualitates) per ſe tamen nequaquam agent. Quare ſimilia genere, diſſimilia ſpecie: ſimilia potentiâ, diſſimilia actu erunt quæcunq; agunt: quando actio non niſi inter contraria contingit. Hanc enim ponit concluſionis probationem Ariſt. agunt etenim contraria, quæ conueniunt genere, differũt ſpecie. Quamobrem, agens & patiens partim eadem, propter genus: partim diuerſa, propter ſpeciẽ dicenda ſunt. Prętereà, quia generatio & corruptio fiunt inter contraria, maximè quia agens intendit aſſimilare ſibi paſſum. 4. cap. ſecundi lib. de Anima, vt calidum calefacere, frigidum frigefacere. Cùm igitur intẽtio naturę non ſit fruſtra, ſunt quadam ratione ſimilia, & diſſimilia quadam ex parte. Licèt ergo actio non contingat omnino ratione ſimilitudinis, neq; à diſſimilitudine prorſus proueniat, ab vtraq; neceſſariò naſcetur: tamen actio principaliter à ſimilitudine, quoniam agens omne quatenus tale in actu eſt: paſsio verò ratione diſſimilitudinis, quoniam patiens eſt in potentia. Hoc tamen verũ eſt, habito reſpectu ad principium agendi vel patiendi. Habitudine tamẽ ad finem, actio principaliter & per ſe, ratione diſſimilitudinis (cõtendit enim ſibi diſſimile paſſum aſſimilare) paſsio autem ratione ſimilitudinis: expetit enim patiens perfici atq; actuari. Abſolutè tamen actio in diſſimilitudine, paſsio verò in ſimilitudine fundatur: quoniam, ſicut illud agit quia eſt diſſimile: ita hoc patitur, vt fiat ſimile.

Notaa. ctionis atque paſſionis initiũ atque finem.

Dicemus

Similiter in quarta ſpecie, ob hanc & illã alteram poſitam rationem, quòd (ſcilicet) cum mutatione ſubiecti fiant. In prima etiam ſpecie, quatenus ad bene eſſe naturę qualitates illę perficiunt, atq; diſponunt, propriè nõ intenduntur, vt habitus & diſpoſitio, quę naturę ſunt complementũ atq; perfectio, & ſanitas propter aliud, ob caloré (ſcilicet) & cęteras primas qualitates à quorum debita commenſuratione dependet. Propriè igitur in. 3. qualitatis ſpecie ſpectanda alteratio, vbi non mutato ſubiecto vt in. 4. neque ad complementum & abſolutionem naturę qualitates pertinent, vt in prima atq; ſecũda. Non itaq; mitigationem, aut naturę quietationem, ſed commutationem & commotionem illę qualitates faciunt: quæ propriè alteratio dicenda eſt: quę non tantùm re, ſed etiam vulgi ſapientumq; conſenſu talis appellatur. Vnde colligere non licet, augmentationem nõ eſſe per ſe motum: eo quòd cũ ſubſtantia, tanquã eius perfectio, quantitas acquiratur: nã magna ſubſtantiæ ipſius aucti commotione, alteratione, & quaſi mixtione inducitur: & licèt ad acquiſitionem ſubſtãtię cõparetur, per ſe tamen ſubſtantię non eſt acquiſitio & generatio, ſed adgeneratio, ſiue per accidens generatio: ob idq; motus eſt. Quę diſtinctio Ariſtotelis eſt, hoc libro cap. de augmẽ. tex. 39. Quicquid dicãt alii, cõtendẽtes non eſſe motũ: tum q̃ ad productionẽ ſubſtãtiæ quãtitas ipſa cõgeneretur, atq; adeò ad motũ alterius, ſicut relatio & habitus: tũ etiã q̃ acquiratur, quatenus rei quædã eſt perfectio. Qua ratione Ariſtoteles ad relationem atq; habitum eſſe per ſe motũ negat. 5. atq;. 7. Phyſicorum: pari ergo ratione ad quantitatẽ nõ erit per ſe motus. Quę ſunt rationes, ob quas colligebamus, in. 2. ſpecie nõ eſſe alterationem, neq; adhuc in aliis prętereq̃ in. 3. Quibus tñ rationibus reſpõſum arbitror nõ acquiri ſubſtantiã ipſam per ſe, ſed per accidẽs: quantitatem autem per ſe cõparari. Ergo bene Ariſt. diſtinxit, vt intelligas ibi aliquid eſſe per ſe, quod rectè acquiſitionẽ quãtitatis dices: quę (quanuis perfectio ſit ipſius ſubſtantiæ) abſq; cõmotione eiuſdẽ propter alterationẽ, mixtionẽ, & alimẽti corruptionẽ, nõ fit. Quare motus eſt & per ſe talis, cùm ibi generatio ſit per accidẽs. Neq; obſtat nõ eſſe in quanti te, ſicut neq; in ſubſtãtia cõtrarietatẽ. Fateor propriam non eſſe: at verò eſt illa contrarietas, quæ ad motum requiritur, quòd ſcilicet non conſiſtat in indiuiſibili ſicut ipſa ſubſtantia. Neq; tantùm habet priuatiuã oppoſitionẽ, vt ſit mutatio de nõ ſubiecto in ſubiectũ: ſed habet poſitiuã oppoſitionẽ, atq; mutatio eſt de ſubiecto in ſubiectũ, lib. 5. Phyſ. tex. 7. Et inſuper oportet tranſitum fieri ab vno ad aliud continuum. Eſt enim diſtantia quædã atq; latitudo extenſiua ſecundũ maius & minus in ipſa quantitate, intra quos terminos repugnantia eſt, quæ motũ ſaluat: vtpote inter quos acceſſus ſit continuus atq; receſſus ex vno in alterũ. Dictũ igitur iam nobis eſt, intẽſionem eſſe, in eadẽ ſubiecti parte qualitatẽ gradualiter diuiſibilẽ. Quoniã ſicut extenſio modus eſt naturã ſua quãtitati cõueniens: ita etiã intenſio qualitatis eſt modus, niſi q̃ qualitas intenſionis vſum & exercitiũ in ſubiecto habet. Inſuper dictũ eſt, eſſe formæ acquiſitionẽ, remiſſionẽ, defectionẽ, atq; deperditionẽ. Tum etiã formis ſubſtantialibus, q̃ dent eſſe ſimpliciter atq; inuariabile, nõ ineſſe, maximè cùm reſpiciant nudã materiã, quę abſolutè eſſe debet recipere: neq; adhuc qualitatibus omnibus, ſed quę tertię ſũt ſpeciei. Poſtremò, qualiter fiat intẽſio, per illã (ſcilicet) radicationẽ eductis gradib⁹ de potẽtia ſubiecti, numeraliter minimè diſtinctis. Vnde intulimus, tempore quo eſt alteratio continuam eſſe.

Dilnitur obiectio, quod augmẽtatio nõ ſit motus.

Obiectio

Solutio.

Cõtrarietas eſt in quãtitate ſufficiens vt augmẽtatio ſit motus.

Dictorũ collectio.

¶ Opus igitur iã eſt ad ſecũdã quã propoſuim⁹ quæſtionẽ, deſcẽdamus: An formæ (inquã) cõtratię in eodẽ ſubiecto coire atq; cõgredi poſſint. Et d̃ ſubſtãtialib⁹ dubitare nõ licet, cùm ſuperiùs probauerimus, in eadẽ materia conuenire ſimul nõ poſſe. Et cùm ſæpeſępius ab Ariſt. proclamatũ ſit, ſubſtãtię nihil eſſe cõtrariũ, niſi fortè cõtrarietate per accidẽs, & extrinſeca ſuper accidẽtali forma fundata. Et prętereà, quia cõtrariorũ cauſæ cõtrariæ ſũt, denominatione ab ipſis effectibus trãſlata: ſecundũ autẽ ſe diſparatę ſunt formæ ſubſtantiales, cõtrariæ minimè. Ob hoc Ariſt. lib. de Senſu & ſenſato voluit, q̃ ignis in quãtum ignis actiuus nõ ſit: nimirũ intelligẽs actiuitatẽ in cõtrarietate fundari, vt. 1. de Generatione tex. 50. probat. Cadit igitur Ariſtotelea reduplicatio, q̃ in quãtũ ignis nõ eſt actiuus, ſuper termino ſubſtãtiali: quoniã nõ merito ſubſtantię, ſed qualitatis, contrarietas eſt, atque adeò actiuitas. Vniuerſa igitur difficultas de formis accidẽtalibus eſt: vt calor adeò ne pugnet cum frigore, vt nullo gradu ſeſe mutuò admittãt. Partẽ negatiuã probare videtur lex illa cõtrariorum in ſua natura atq; finitione ab Ariſto. poſita. Se mutuò inquit

Formę cõtrariæ an ſimul eſſe poſſint?

Argu. 1.

Similiter in quarta ſpecie,ob hanc & illã alteram poſitam rationem,quòd(ſcilicet) cum mutatione ſubiecti fiant.In prima etiam ſpecie,quatenus ad bene eſſe naturę qualitates illę perficiunt,atq; diſponunt,propriè nõ intenduntur,vt habitus & diſpoſitio,quę naturę ſunt complementũ atq; perfectio,& ſanitas propter aliud,ob caloré(ſcilicet) & cęteras primas qualitates à quorum debita commenſuratione dependet.Propriè igitur in.3. qualitatis ſpecie ſpectanda alteratio,vbi non mutato ſubiecto vt in. 4 .neque ad complementum & abſolutionem naturę qualitates pertinent,vt in prima atq; ſecũda. Non itaq; mitigationem,aut naturę quietationem, ſed commutationem & commotionem illę qualitates faciunt:quæ propriè alteratio dicenda eſt:quę non tantùm re,ſed etiam vulgi ſapientumq; conſenſu talis appellatur. Vnde colligere non licet,augmentationem nõ eſſe per ſe motum:eo quòd cũ ſubſtantia,tanquã eius perfectio,quantitas acquiratur: nã magna ſubſtantiæ ipſius aucti commotione, alteratione,& quaſi mixtione inducitur: & licèt ad acquiſitionem ſubſtãtię cõparetur,per ſe tamen ſubſtantię non eſt acquiſitio & generatio,ſed adgeneratio,ſiue per accidens generatio:ob idq; motus eſt. Quę diſtinctio Ariſtotelis eſt, hoc libro cap. de augmẽ. tex. 39. Quicquid dicãt alii,cõtendẽtes non eſſe motũ:tum q̃ ad productionẽ ſubſtãtiæ quãtitas ipſa cõgeneretur,atq; adeò ad motũ alterius,ſicut relatio & habitus: tũ etiã q̃ acquiratur,quatenus rei quædã eſt perfectio. Qua ratione Ariſtoteles ad relationem atq; habitum eſſe per ſe motũ negat.5.atq;.7.Phyſicorum:pari ergo ratione ad quantitatẽ nõ erit per ſe motus. Quę ſunt rationes,ob quas colligebamus,in.2.ſpecie nõ eſſe alterationem, neq; adhuc in aliis prętereà in.3. Quibus tñ rationibus reſpõſum arbitror nõ acquiri ſubſtantiã ipſam per ſe,ſed per accidẽs:quantitatem autem per ſe cõparari. Ergo bene Ariſt. diſtinxit, vt intelligas ibi aliquid eſſe per ſe,quod rectè acquiſitionẽ quãtitatis dices: quę(quanuis perfectio ſit ipſius ſubſtantiæ) abſq; cõmotione eiuſdẽ propter alterationẽ, mixtionẽ,&aliměti corruptionẽ,nõ fit. Quare motus eſt & per ſe talis,cùm ibi generatio ſit per accidẽs. Neq; obſtat nõ eſſe in quanti te,ſicut neq; in ſubſtãtia cõtrarietatẽ. Fateor propriam non eſſe:at verò eſt illa contrarietas,quæ ad motum requiritur, quòd ſcilicet non conſiſtat in indiuiſibili ſicut ipſa ſubſtantia. Neq; tantùm habet priuatiuã oppoſitionẽ,vt ſit mutatio de nõ ſubiecto in ſubiectũ: ſed habet poſitiuã oppoſitionẽ, atq; mutatio eſt de ſubiecto in ſubiectũ,lib.5.Phyſ.tex.7. Et inſuper oportet tranſitum fieri ab vno ad aliud continuum. Eſt enim diſtantia quædã atq; latitudo extenſiua ſecundũ maius & minus in ipſa quantitate, intra quos terminos repugnantia eſt,quæ motũ ſaluat: vtpote inter quos acceſſus ſit continuus atq; receſſus ex vno in alterũ. Dictũ igitur iam nobis eſt, intẽſionem eſſe,in eadẽ ſubiecti parte qualitatẽ gradualiter diuiſibilẽ. Quoniã ſicut extenſio modus eſt naturã ſua quãtitati cõueniens:ita etiã intenſio qualitatis eſt modus, niſi q̃ qualitas intenſionis vſum & exercitiũ in ſubiecto habet. Inſuper dictũ eſt,eſſe formæ acquiſitionẽ,remiſſionẽ,defectionẽ,atq; deperditionẽ. Tum etiã formis ſubſtantialibus,q̃ dent eſſe ſimpliciter atq; inuariabile, nõ ineſſe,maximè cùm reſpiciant nudã materiã,quę abſolutè eſſe debet recipere: neq; adhuc qualitatibus omnibus,ſed quę tertię ſũt ſpeciei. Poſtremò,qualiter fiat intẽſio,per illã (ſcilicet)radicationẽ eductis gradib⁹ de potẽtia ſubiecti,numeraliter minimè diſtinctis. Vnde intulimus, tempore quo eſt alteratio continuam eſſe.

Dilnitur obiectio, quod augmẽtatio nõ ſit motus.

Obiectio

Solutio.

Cõtrarietas eſt in quãtitate ſufficiens vt augmẽtatio ſit motus.

Dictorũ collectio.

¶Opus igitur iã eſt ad ſecũdã quã propoſuim⁹ quæſtionẽ,deſcẽdamus: An formæ(inquã)cõtrarię in eodẽ ſubiecto coire atq; cõgredi poſſint. Et d ſubſtãtialib⁹ dubitare nõ licet,cùm ſuperiùs probauerimus,in eadẽ materia conuenire ſimul nõ poſſe. Et cùm ſæpeſępius ab Ariſt. proclamatũ ſit, ſubſtãtię nihil eſſe cõtrariũ,niſi fortè cõtrarietate per accidẽs, & extrinſeca ſuper accidẽtali forma fundata. Et prętereà,quia cõtrariorũ cauſæ cõtrarię ſũt, denominatione ab ipſis effectibus trãſlata:ſecundũ autẽ ſe diſparatę ſunt formæ ſubſtantiales,cõtrarię minimè. Ob hoc Ariſt.lib.de Senſu & ſenſato voluit, q̃ ignis in quãtum ignis actiuus nõ ſit:nimirũ intelligẽs actiuitatẽ in cõtrarietate fundari,vt.1.de Generatione tex.50.probat. Cadit igitur Ariſtotelea reduplicatio,q̃ in quãtũ ignis nõ eſt actiuus, ſuper termino ſubſtãtiali: quoniã nõ merito ſubſtantię, ſed qualitatis,contrarietas eſt,atque adeò actiuitas. Vniuerſa igitur difficultas de formis accidẽtalibus eſt: vt calor adeò ne pugnet cum frigore, vt nullo gradu ſeſe mutuò admittãt. Partẽ negatiuã probare videtur lex illa cõtrariorum in ſua natura atq; finitione ab Ariſtо. poſita. Se mutuò inquit

Formę cõtrariæ an ſimul eſſe poſſint?

Argu. 1.

expellunt,atque adeò interimunt. Qua ſubla
ta,nulla maior contrarietatis ratio inter calo
rẽ & frigꝰ ſupereſſet,quàm inter alias quaſq;
qualitates:ita in Poſtprędicamentis cap. De
2.Argu. oppoſitis,&. 4.lib. Meta.tex.29. Adquã con
firmandam ſententiam non paruas, nec con
temnẽdas poſſemus adducere rationes, quæ
in primis ſunt l.. minum conſuetudine cõ
probatę,cõmuniq; omniũ voce, declarantiũ
cõtraria inter ſe pugnare:nõ igitur ſe admit-
tũt. Oppoſitã tamen partẽ probãt Ariſtote-
lis loca nõ pauca:rurſum experimenta de a-
qua,de mixtis omnibus: quorũ ratio ſine cõ
trariorũ mixtione,atq; eorũ diſcordi concor
dia eſſe nõ poſſet. Quãobrem dicere noſtrã
ſententiã,& iudiciũ ferre cogimur:quod in-
tuã gratiã(ſtudioſe & chriſtiane lector) ſub-
ire non recuſamus:& ſententiã philoſophi-
cã à ſuis primis fundamẽtis erectã firmam fa
ciemus. Pẽdẽt enim ſequẽtes quæſtiones ex
hoc fundamento,atq; hoc principio egere vi
dentur,vt probemus cõtrarias qualitates ſi-
mul eſſe,atq; adeò contrariã opinionẽ ratio
1.Ratio. ni, Ariſtotelis,& experimẽtis refragari. Initio
omnia ex aliquo & alicuius gratia eſſe, quot
quot rectè philoſophati ſunt, affirmarunt.
Quarũ duarũ cauſarũ,illa quę materialis eſt,
neceſſaria:hæc verò quæ finalis, diuina à Pla
tone nũcupatur. Eſt enim cauſa in fine diui-
na,quę in mediis eſt neceſſaria. Ergo cùm ni
hil natura propter malũ operetur (eſt enim
finis ipſe bonus,ob idq; gratia boni omnia
agere videntur. 2. Phyſi. tex. 31.) fit, vt nullũ
agẽs propter corruptionẽ agat,ſed generatio
nis intuitu,ad rei ipſius cõſeruationẽ. Nã ex
oppoſito,ſi cõtrariũ corrũperet &nõ produ
ceret aliquid de cõtrario,ageret ſanè propter
corruptionẽ,atq; adeò propter malũ. Quod
cõtraria opinio,velit nolit, cõcedere debet.
Nã,ſi calor ſubitò nõ corrũpitur,eiuſq; vnus
aut duo gradus abeãt,& frigus nullũ induca
tur:corruptio profectò abſq; generatione,at
que adeò abſq; bono malũ intẽderetur. Dare
Cõfirma. turq; mutatio,qua nihil omnino acquireret.
Quare ſi in nil ordinatur,dicere oportet va-
nã illã mutationẽ à natura eſſe intentã:quod
eſt cõtra naturã,quę ſemper aliquid operat,
ne inanis ſit atq; fruſtranea,aut malum per ſe
intẽdat. Sed ne quis diuerticulum inueniat,
2.Ratio. quo noſtrã hãc eludat rationẽ,atq;fingat,hac
caloris corruptione frigefactiuum ipſum ad
ſuã aſſimilationẽ materiã præparare: deinde
ſic argumẽtor. Corpus illud calidũ ſex gradi
bus,nemo negabit,ad quartũ cùm reducitur
motũ eſſe atq; alteratũ:cùm corpus calidum
ſex gradibus,fiat calidũ quarto gradu. Cùm
ergo intẽſio & remiſſio qualitatũ motꝰ ſint
(vt definiuimus)ſi calidũ illud interim,dũ re
mittitur calor,nõ quieſcit;neq; adhuc manet
in termino à quo in gradibus ſex caloris:mo
uetur ergo,atq; ad terminũ ad quẽ tẽdit: er-
go inducitur frigus,dũ remittebatur calor.
Niſi quieſcere dicas qđ mouet:aut nec moue
ri nec quieſcere:aut quod mouetur non eſſe
partim in termino à quo & partim in termi-
no ad quẽ,vt. 6. Phy. tex. 32. Si igitur ita eſt,
quod participat terminũ ad quẽ ab eo ſpeciẽ
ſortietur: qui ſanè terminꝰ cùm per negatio
nẽ dici nõ debeat,ita q̃ per tẽpus motus nil
termini acquiratur, toto illo tẽpore motꝰ ali
quid finis (ſiquidẽ mouebatur) acquirebat:
quoniã moueri eſt ad finẽ motus accedere:et
alterari,aliquã qualitatẽ acquirere. Nã nil,ni
ſi ſuſcepta in ſe paſsione,mouetur. Quod ex Cõfirma-
Ariſt. cõprobare ampliùs poſſumus: quoniã, tio.
ſi ex termino ad quẽ(vt Ariſ. 5. Phy. tex. 5. do
cet)ſpeciẽ nõ nãciſceret,iã motus nõ tribue-
ret poſteriori paſsioni,id eſt ei formę quę ſe
quitur,ſed ei quę prior eſt atq; abiit:cùm po
ſterior quæ ſequatur nulla ſit cõtra Ariſto. 8.
Phy. tex. 69. Ergo quo tẽpore vnius formæ
gradus vnus abiicit,alius alterius formæ gra
dus inducitur. Corrupto igit vno gradu ca- Corolla-
loris in calido vt ſex,vnus gradus etiã frigo- riũ, ſemp
ris inducitur,qui cũ illis quinq; gradibus ca eſſe imple
loris permaneat. Vnde fit,quòd cùm certa ſit tã latitu-
qualitatis latitudo,verbi gratia, vt octo gra- dinem.
duũ,in gradibus citra ſummã,qui nõ cõpleãt
ſummã latitudinẽ, reperiri nõ poſsint. Nã,ſi
octo gradibus cõpleatur latitudo, ſeq; mu-
tuò admittãt tres gradus caloris &tres frigo
ris:fit,q̃ à ſumma latitudine caloris eſſet re-
miſsio ſine frigoris inductione:atq; adeò cor
ruptio eſſet ſine generatione,cõtra ea quę di
ximus. Latitudo igitur qualitatis ſemper per
cõtraria impletur:aliàs incõmoda quæ dedu
ximus ſequerẽtur. Prætereà n iſumma latitu Pars co-
dine fieri nõ poteſt,vt qualitates cõtrariæ ſi- rollarii,i-
mul ſint:pugnant enim maximè, & expleta bo cõtra-
tota latitudine per alterum ex cõtrariis,hoc ria in ſum
eſt, repleto & quaſi occupato ſpatio, locus mo ſimul
alteri non relinquitur: vnius enim contra- non eſſe.
rii corruptio alterius eſt neceſſariò generatio. Cùm igitur alterum eſt in ſummo, neceſ
ſum eſt reliquum eſſe corruptum. Secus, cũ
gradus, qui vltra ſummam latitudinem eſt,
corrumpitur:opus non eſt,vt alterum gene
retur,vtpote quòd iam ſit latitudo expleta.

Maximè,

Neq; vl- Maximè,quia ſi gradibus vltra ſummam lati
tra ſum- tudinem in eodem ſubiecto contraria admit
mam. tas,fiet neceſſariò conſequens, vt vtrunque
illorum contrariorum mediam latitudinem
exuperet. Vtrunq; igitur ſubiecto denomi-
nationem tribuet,incaleſcere & refrigerari,
& proinde motibus contrariis moueri opus
eſſet:prævalet enim vtrunque contrariorũ,
Exvtroq; eo q̃ mediã latitudinẽ excedit. Ergo reliquũ
contrario eſt,ex vtriſq; contrariis ſummã latitudinem
cõpleẽ la- ſemper cõpleri,aut ex altero duntaxat cõple
titudo. tam eſſe:ſiquidẽ vnius remiſsio, alterius eſt
intẽſio. Quibus adſtipulatur ipſum experi-
mẽtũ de aqua calida, quę alterius frigidę mi
ſtione refrigeratur, vt perpetuũ ſit, vnius cor
ruptionẽ alterius eſſe generationẽ:atq; adeò
quantũ vnius cõtrarii corrũpitur, tantundẽ
alterius generetur:& caloris intenſio neceſ-
ſariò fiat frigoris remiſsione. Secus de aqua
calida vno gradu,in feruẽtiſsimã aquã immiſ
ſa quæ illius ęſtũ non ſedaret. Quæ quidẽ o-
mnia ex Ariſt. 5. Phy. tex. 12. deducũtur. Vbi
probare contendit,vnũ motũ non eſſe alte-
rius tanquã termini:ponitq; rationẽ, eo q̃ in
motu ſimul eſt vterq; terminus, à quo via
corruptionis, & ad quem via generationis.
Ergo ceſſatio(verbi gratia) ſanitatis, genera-
tio eſt ęgritudinis: atq; adeò dealbatio & de
nigratio,ſicut ſanatio & ægrotatio,& cæteri
contrarii motus, non ſic ſe habent,vt vnus
motus terminus ſit alterius: ſed terminãtur
ad qualitates, quoniã terminus à quo ſimul
eſt cũ termino ad quem. Ergo ſimul cum ali
quo frigiditatis gradu aliquis gradus eſt calo
ris,& ſummo exiſtente frigore funditus pe-
rire caloręm eſt neceſſe:rurſumq; pereũte frí-
gore permanere caloręm neceſſe eſt. Ita enim
primo lib. Phyſi. text. 43. docebat, vnum-
quodq; generari ex contrario,in quod etiam
corrumpitur. Igitur ex Ariſt. doctrina quali
tates contrarię ſimul ſunt:ſed non in gradi-
bus deficientibus à ſumma latitudine, neque
adhuc ipſam excedentibus, ſed in gradibus
ſimul adimplentibus & æquantibus ſummã
latitudinem. Clariùs eodem. 5. Phyſi. tex. 19.
dum probat nullum motum recipere magis
& minùs, niſi motum alterationis,ob quali-
tatẽ,quę terminus eſt illius,nã ſola illa inten
ditur. Dicitq; ex mediis eſſe alterationem,
quia extremorum temperatione vtrique ex-
tremo ſunt aduerſa. Ergo poteſt in illis eſſe
motus,quę ſunt ſua ratione contraria. Et tex
tum abſoluit hiſce verbis: Magis autem &
minus eſt ex eo,quòd plus aut minus contra
rii ineſt,& non. Quod apertè Ariſto. lib. 2.
huius tex. 48. affirmat his verbis. Igitur poſt
quàm calidũ & frigidũ intenſionẽ remiſsio-
nẽq; ſuſcipiũt,cùm ſimpliciter alterum actu
fuerit,tũc alterũ erit potentia: cũ verò non
prorſus ſed frigidũ vt calidũ,& calidũ vt fri-
gidũ fuerit,propterea q̃ quæ miſcẽtur ſuas
exuperãtias corrũpunt,&c. Alia addit quę,p
hac ſententia militant:ſed his quid potuit cla-
rius dici? Ergo non tantùm in eodem eſſe
certis gradibus cõpoſsibilia contraria (quod
intendimus)docuit Ariſt. verùm qua ratio-
ne intẽdãtur ob maiorẽ, ſcilicet, aut minorẽ
cõtrarii permixtionẽ,docente Simplicio,at-
que etiã Diuo Thoma,q̃ ſic melius aut prius
eſſe ſortiãtur. Itaq; difficilẽ quandã vt ſolue-
ret quęſtionẽ illo tex. Ariſtoteles,quomodo
(ſcilicet)in eadẽ ſpecie ex albo fiat aliquid al-
bius,& motus ſit inter cõtraria,dicit intẽſi-
atq; remiſsius tẽperatione & permixtione
cõtrariorũ cõſtare. Quibus verbis nihil vel
clarius,vel appoſitius dici poſſet. Propoſita Ad argu-
igitur principio argumẽta nullius ferè pon- menta.
deris ſunt. Nã lex illa cõtrariorũ intelligi de
bet de gradibus deficiẽtibus aut excedenti-
bus:nõ tamẽ adęquantibus ſummã latitudi-
nẽ. Licèt enim cõtrarietas ex formis naſcat
ſecundũ ſe(eſt enim differẽtia ſecundũ for-
mã,quę cõuenit ob id formis ſecũdũ ſe abſq;
ſubiecto cõſideratis) tamen cõpletur in gra-
dibus,quos forma in ordine ad ſubiectũ ſor
titur,in quo per intẽſionẽ ſe expellũt,indeq;
latitudo diuiſibilis eis cõpetit. Quare quod
Ariſtoteles. 4. Meta. tex. 29. inſinuabat,intel
ligendũ eſt,ſimpliciter integra ſimul eſſe nõ
poſſe:bene tamen ſecundum quid, atque ſe-
cundũ partes & gradus. Soluẽ ergo ratio-
nes ſunt,atq; ſententia noſtra parum abeſt vt
rationibus, teſtimoniis,& experimẽtis fue-
rit demonſtrata. Neque ex ea illud incommo Nota.
dum ſequetur, vt idem calidum ſit atque
frigidum, aut album & nigrum ſimul: nam
ab eo quod prævalet denominatio ſumitur:
quòd ſi æqualia ſint, neutrum denominat,
ſe enim impediunt. Eſt tamen obiectio quę- Argumẽ-
dam, quæ multos diu torſit. Latitudo octo tum.
(verbi gratia)graduũ ſemper eſt ex vno, aut
ex duobus contrariis cõpleta:ergo ſeptẽ gra-
dus caloris poterunt eſſe in eodem ſubiecto
cum vno gradu frigoris. Tum ſic arguo: il-
li ſeptem caloris gradus vnum gradum fri-
goris in externa materia omnino corrum-
perent: ergo in interna & propria mate-
ria multò efficaciori ratione corrũpent: ſunt

Solutio.

enim propinqua magis,atq; ad agendum accommodata: aut certè à proportione maioris inæqualitatis actio non proueniret. Dicè dum,latum esse discrimen. Nam cùm finis rerum bonum sit atq; optimum, atq; munus agentis sit passum assimilare, fit, vt in exterà agat materiam, quoniam patiens nondum est simile effectum:ob idq; pati potest: est enim patiens in potentia,quod agens est in actu.Cùm verò propria materia sit iam satis similis,& prærereà nihil vltra propriã perfectionẽ agat,illum frigoris gradũ minimè corrumpet:secus se ipsum intenderet, & vltra suam perfectionẽ ageret.Non loquor de affectionibus,quę ipsis subiectis sunt cõnaturales,vt de restitutione aquæ in pristinã frigiditatẽ & statum : quã atq; similes à generãte fieri pluries dixim⁹. Ille igitur gradus vn⁹ frigoris concipiendus mente non est secundùm excessum septem ad vnum : sed potiùs tanquã octauus & vltimus latitudinis, vtpote in quem nõ possit nisi agens,quod valeat summã latitudinem caloris inducere. Cùm ergo calidũ illud in exterã materiã non possit p roducere,nisi caloré vt septẽ : ergo neq; in propria,gradũ illum frigoris corrũpet:aut septem gradus caloris octo producere posse, fateare necesse est. ¶Disputemus iam peracerbam illam quæstionem de mutua actione,qua agens & patiens se inuicem vincere & superare conantur: quam nostrates reactionem vocant. Id enim quod agit & vincit, dum ipsum patiens superare molitur,aliquantisper ab ipso patiente debilitatur.Esse igitur hanc reciprocam actionem, Philosophus,atque eius Commentator Auerroës admittunt, & secundum eiusdem contrarietatis qualitates confitentur. Et non solùm in hoc loco ex professo, verùm expresse. 4. de Generatione animalium cap.3.ita scriptũ reliquit:Causa vt motus soluantur est,quòd omne agens patitur etiam à patiẽte,vt quod secat, hebetatur ab eo quod secatur: quod calefacit, refrigeratur à calescente: denique quodcunque mouet(excepto primo)mutuò aliquo mouetur motu.Hæc Arist.dixisse nõ sat fuit,quin etiam apertioribus experimentis,quàm vt negari queat,comprobat. Quod pellit(inquit)pellitur quodammodo,. quod premit reprimitur:interdũ etiã fit, vt quod agit,magis patiatur quàm agat: & refrigeret quod calefacit:calescat quod frigefacit, cùm aut nihil fecerit,aut minùs quàm ipsum affectũ est.Ergo esse reciprocã hanc actionẽ est necesse. Quòd præter Arist.testimoniũ sępissimè experimur, cùm candens ferrũ in aquã mittitur,quod illam calfacit, & ab ipsa refrigeratur.Prætereà glacies siue grando,in vola manus eius liquefit calore : manus etiã eius frigore infrigidat ac riget.Id ipsum.2.de Generatio.tex.26.testatur Auerroës,vnũquodque istorum elementorũ ex duabus qualitatũ differentiis cõstitui, quarũ vna actiua est, altera verò passiua. Conclusio igitur aperta est,atq; philosophica. Totum autẽ quæstionis pondus ex argumentorũ solutione pẽdère videtur. Quod vt faciamus,iacienda sunt in primis fundamenta, quę quæstionẽ istam alioqui inexplicabilem atq; mõstris & figmẽtis refertissimã,aperiant:ita vt ab his vitiis & id genus aliis repurgemus:& hactenus inaccessibilem,claram & philosophicã,omissis friuolis atq; ridiculis, reddamus.Primũ omniũ reuocandũ est in memoriã,id quod text.54. dictũ fuit de conditionibus ad reactionem requisitis. Quòd(scilicet)oportet in primis actionẽ esse corruptiuã:deinde in materia agẽs & patiẽs cõmunicare:tũ etiã ita applicari, vt sit tactus:postremò vt sit cõtrarietas,quæ causa est actionis,atq; actiuitatis ad resistẽtiã debita proportio. Aduertendũ insuper est, qualitates quatuor primas,caliditatem(scilicet)frigiditatem,humiditatẽ,& siccitatẽ non esse ęqualiter actiuas ac resistiuas.Quod non est ita intelligendũ,vt alia sit actiuitatis latitudo,aut vis,alia verò facultas resistentiæ in eadem qualitate:sed eadem latitudine,vi,atque facultate, qua agunt, resistunt etiam. Quare falluntur,qui has qualitates ita distinguũt, vt diuersas doceant habere potentias agendi & resistendi.Quando ergo has qualitates in duos ordines atque acies distinguũt, in ordine ad tactum primò, deinde in ordine ad contrarium : ad tactum comparatæ, caliditas primas obtinet, frigiditas secundas, tertium locum humiditas, postremum sortitur siccitas: quia hoc ordine ab his qualitatibus magis afficimur, & secundùm sensus immutamur. In ordine tamen altero, quo ad suum contrarium referuntur, eiusdem sunt potentię & facultatis contrariæ: se enim inuicem transmutant.Tamen,si hi asserant resistentiam actiuitate maiorẽ,aut vice versa,aut alterã facultatem ad agendũ, aut alteram ad resistẽdum ponant(vt re vera insinuant)tolleretur profectò nostra Aristotelica conclusio: subuertereturque assertio, qua cum Aristotele affirma-

Quæstio 3.de actione mutua

An sit.

Notandũ primũ.cõditiões requisitę ad reactionem.

Notandũ secũdum quod eadẽ sit facultas agẽdi & resistendi.

Bifariã cõsiderãtur qualitates primæ.

mamus actionem istam reciprocam euenire.Quando ergo caliditas & frigiditas actiuæ nuncupantur,intellige, quia præualet in ipsis actio ipsi resistentiæ:humor autẽ & siccitas resistiuæ (vt recepto inter disputandũ verbo vtamur)appellantur,quia præualet resistentia.Nã,si des oppositum,vt vis resistendi alia sit in humiditate & maior quàm agendi vis,similiter in siccitate:fit, vt vbi humiditatis actio vinceret siccitatem,à siccitate humiditas pati neutiquàm posset, quoniam vis agendi ipsius siccitatis,resistentiam humiditatis nullaten⁹ superaret. Sit enim (verbi gratia)humiditatis ad agẽdũ vis vt quatuor, ad resistendum verò facultas vt sex : siccitas ergo quæ inferior est ad agendum,minorem habebit vim, quàm vt quatuor: ergo in resistẽtiam humiditatis vt sex,agere nõ poterit: aut à proportione minoris inæqualitatis proueniret actio.Absurdumq; aliud concedant oportet,nempe siccitatẽ minùs esse quàm humiditatẽ resistiuam,vtpote in cuius resistentiã agere possent quatuor gradus actiuitatis, quos habet humiditas.Ergo siccitas minoris est resistẽtię,quàm vt quatuor:cùm tamẽ posita sit humiditas resistiua vt sex.Idem enim erit,quancunq; aliã proportionem assignes. Itaq; in vniuersum vbi agentia maiores resistẽdi,quàm agendi vires haberẽt,nõ possent mutuò in se ipsa agere.Cõcedant igitur oportet, vim esse eandẽ,facultatemq; agẽdi & resistendi:imò verò nil posse resistere, nisi agẽdo in illud,à quo patitur: quod si cõsiderassent,in has angustias detrusi nõ essẽt.Quod nos sensibili experimento & exemplo duorum athletarũ colluctantium facilè ostendemus,vbi potẽtior deturbat& deuincit debiliorẽ:cùm tamẽ debilior obsistendo alteri repugnet,resistatq;:hoc enim ipsum repugnare,resistere est:quòd siquando à repugnãtia desistit,non ampliùs resistit.Quod fieri in omni lucta & pugna rerum naturalium mẽte concipiendum est,vt quicquid resistit repugnando resistat:at nihil aliud est repugnare quàm agere, & non resistere est omnino ab actione cessare. Ergo si nihil potest alteri resistere,prorsus ab actione cessando : non oportet asserere,aliâ facultate agere, aliâ verò resistere. Quapropter cùm omnia quę ex infinita aliqua agunt proportione,cum resistẽtia agere patiẽtis,sit necesse:atq; adeò agẽtia omnia finita mutuò pati à patientibus oportear(primũ mouẽs, quod omnia infinito excessu antecellit,semper excipio) ergo quò aliquid plus resistit,plus repugnat,& reagit, vt dicit.Humiditas,siccitasq;, cùm resistunt, repugnando resistunt:ergo agendo.repugnare enim agere est. Quare, si duę actiuę qualitates,caliditas atque frigiditas, magis actiuæ dicuntur,quàm resistiuę:ex eo quidẽ est, quòd ad agendum sint idoneæ magis,ad repugnandum verò minùs. Simul enim ac incipiunt corrumpi, facilè se dedũt, atq; in spõtaneam deditionem veniunt:alię verò passiuę,humiditas atq; siccitas, ad resistẽdũ aptiores sunt quàm ad agendũ. Cuius rei hæc esse videtur ratio: quòd illa prior qualitatũ actiuarũ contrarietas,ad motũ,mouendũ atque perficiendũ à natura destinatur:illę igit quasi sui oblitę,ob sui perfectionẽ in actione & passi assimilatione occupantur: hæ verò passiuę sui magis memores,plus in sui cõseruatione quàm passi assimilatione uersant.Itaq; passiuę indiuidui rationem,actiuę ipsius speciei habere vidẽtur.Et passiuę cũctãdo,quiescendo,& resistẽdo graue dãnum & malum aliis infligunt:videntur enim alię agendo lassari, & nimis defatigari: vt solet homo ille, qui in certamine cũ maximè resistente contendit,qui varias adorsus partes,quã illũ offendat nõ reperit,tandẽ quasi fatigatus succumbit. Quo fit,vt agẽs quod agit aduersus patiens quod ampliùs obsistit & magis repugnat,lentiùs agat:retunditur enim magis atque reprimitur,vt accidere vsu videmus his, qui aduersus durum & infractum hostẽ bella gerẽtes vincunt,qui lõgiori tempore vincunt,atq; maiori recepta clade palmam reportant. Quocirca hoc pacto agere non est actionem ab impotentiori proficisci, aut à proportione minoris inæqualitatis : quoniam cùm reactio ex resistentia nascatur, resistunt suapte natura & repugnãt vincentibus,omnia quæ patiuntur:idq; plus minúsue vt maiori minoriue excessu vincantur. Quare hoc pacto soluetur argumẽtũ illud,ꝙ non sit actio reciproca:nimirũ,quia idẽ esset potẽtius & impotẽtius,fortius & debilius, cùm agat atq; patiat:atq; ex eo esset in actu & potentia simul. Nam illa patientis actio ponit ipsum in actu ex parte,& in nobilitate secũdum quid:non tamẽ simpliciter. Quoniã ex resistentia oritur illa actio,vt se defendat:nõ tamẽ ex victoria,ꝙ agens superet atq; vincat.Vnde cõcipiendũ est, Augustinũ & alios malè hoc argumẽtum eludere potiùs,quàm soluere: cùm actionem & reactionem nõ secundũ eandẽ,sed aliam & aliam qualitatem

Incõmodo vrget.

Autoris collectio.

Simile.

Cur duę qualitates primæ actiuæ & duæ passiuæ.

Corollarium.

Reprehẽditur Augustinus cũ sequacibus.

ponant:ita quòd ignis,calore agat,patiaturq; ſiccitate:hoc enim nihil eſt difficile, corpus hoc calefacere, & interim exiccari: nec ob hãc rem oportuiſſet tot excitare tragœdias: nec eſſet illã mutua actio inter elemẽta ſym bola,quæ vna tantũ qualitate diſcrepant. Ergo ſecũdũ eandẽ qualitatẽ eſt intelligendũ. Quod inducto Ariſtotelis teſtimonio ſatis eſt apertũ,dum dicit,Refrigeretur quod calefacit,caleſcat quod frigefacit, qđ calefacit refrigeratur à caleſcẽte:ergo ſecundũ qualitates eaſdem eiuſdẽ cõtrarietatis accidit actio atq; reactio. Sed ſilentio argumentũ prętereundum non eſt. Quòd ſi aſſertio noſtra vera eſſet,idẽ motibus contrariis moueri cõtingeret. Nã vbi finxeris aquã & ignẽ in mutuã pugnam deſcendiſſe,ea ratione vt ſe rangãt, in ſeſeq; mutuò ſuas vires poſsint transfundere:certũ eſt,aquã ignis caloré retũdere minimè poſſe,niſi priùs mediũ aërẽ refrigeret: neq; ignẽ poſſe aquã calefacere, niſi medium aërem etiam calefaciat: quandoquidem iuxta vulgatum axioma, Nil in diſtans agit,quin priùs agat in propinquum. Ergo ſi eodem aëre vt communi medio vtuntur,& tanquam vtriuſq; actionem deferente funguntur,neceſſe eſt medium illum aërem ſimul vtrãque affici paſsione:ſic enim refrigerat ignẽ, vt calefaciat aquam: ergo calefit ab igne, & refrigeratur ab aqua. Hîc monſtruoſas & minimè ferendas ſolutiones,iuniores adferũt: quarũ, ne te(lector ſtudioſe)incautũ capiãt, admonebimus. Effugiunt eluduntq; potiùs, quàm ſoluant argumentum: primò, quod vtriuſq; agentis actio per eandem non tendat partem atq; viam. Ridiculum ſanè eſt aſſerere diuerſis viis ſuas vires transfundere, perinde ac ſi libera eſſent agentia, quæ cùm reuerentia derecto capite ſibi mutuò locum concederent,& aër non eſſet ęquè paratus ad alterutram affectionem ſuſcipiendam. Nulla enim parte caloris aut frigoris, quàm alia, magis capax eſt: præſertim cùm agentia ſphęraliter agant, & in omnem loci differentiam ſuam actionem exerant. Qua ſolutione deturbati, aliud quęrunt diuerticulum, atque ſubſidium petunt, ad ſpecies quaſdam confugiendo. Itaque ad certam ſpatii diſtantiam qualitates reales producunt: quę,cùm ſibi mutuò occurrant,obſiſtant atque repugnẽt:deinceps per intẽtionales ipſarũ qualitatũ ſpecies producũt. Adducuntq; exẽplum de antiperiſtaſi, vbi alterũ ex contrariis,obiectu & occurſu alterius intenſius fit:nimirũ qp ab his qualitatibus ſpecies producãtur,quę cũ obuient cõtrario,reflecti dicũtur. Tamẽ vt defendãt rẽ planè falſam,portenta mõſtraq; improbabiliora cõminiſcuntur:fieri enim nequit,vt probetur corporeas qualitates ad actiones reales,ſimul etiã & intẽtionales,incorporeis vti inſtrumẽtis. Prętereà illæ qualitates rectà procedẽtes caloré nõ producerẽt,quoniã ſimile nõ agit in ſimile:ergo eadẽ ratione neq; reflexæ. Neq; antiperiſtaſis ratio illis fauet: quę faciliori ratione defendit, ſi dicam⁹ augeri & intẽdi cõtrariũ propter circũſtans cõtrariũ,retẽtione ei⁹ ſubſtãtię,quę abſente cõtrario erat effluxura & multiplicanda. Sunt enim ventres hyeme quàm æſtate calidiores,cutim conſtringente frigore,prohibenteq; calidorum ſpirituũ effluxum,quam ob rem internę partes copioſioré calorem habẽt:cõtrà verò æſtate, calor enim diſſipatur,diſſoluitur,& exhalat. Quidam docuit quadã alternatione fieri: nam cũ illi alteratio motus cõtinuus non ſit,nil prohibere inquit alternatim incaleſcere & frigefieri,& actionẽ reciprocã quibuſdã excurſionibus cõtingere. Quæ ſolutio facilis eſſet,ni ſi oppoſitã ſententiã ſuprà poſuiſſemus: quã uis nõ ſemper oporteat eſſe motũ continuũ, & tunc poſſet eſſe ob cõtrariũ diſiuncta atq; diſcõtinua. Idcirco dicẽdũ: Contraria,gradibus ſummam latitudinẽ cõplentibus, in eadem parte ſubiecti adæquata in facto eſſe coire & conuenire poſſe. Quid ergo prohibet in fieri? Nam ſicut idem non eſt frigidum & calidum,cùm à præſtantiori & intẽſiori denominationem fieri oporteat: ſic & in motu ſolùm intenſior vltra gradũ mediũ denominabit,& illo mouebitur. Nam cùm ille prævaleat, illo mouetur,& inde ſpeciem ſortitur,ſicut in libris de Cœlo,motũ mixtorũ à prædominante elemẽto cum Ariſtotele fieri aſſerimus. Licèt enim à principiis diuerſis mixtum moueatur,ab vno tamẽ denominatur, ſi quod eſt,quod mediam latitudinẽ excedat. Sic etiã in pręſentia,quanuis aër ille medius à diuerſis afficiatur, ab eo tamen motu moueri dicitur,à quo vltra mediam latitudinem afficitur. Nam ſi neutrũ excedat, neq; calidum erit neq; frigidum, atque adeò neque calefiet neq; frigefiet: ſed ſicut lignum quod æqualem habet portionem grauitatis & leuitatis, neq; ſurſum trahitur, neq; deorſum, neq; adhuc graue magis quã leue appellatur: ita & in propoſito omnino dicẽdũ. Redargues, ſaltẽ idẽ ſecundũ eandem qualitatẽ ſimul

Argumẽtum.

Reprehẽdũtur falſę ſolutiones.

Aliorũ ſolutio refutatur.

Autoris ppria ſolutio.

Redargutio ſolutionis.

Calidum.



ſimul intendi atq; remitti. Probatur, ſi A calidum agat in,B, frigidum,atque calidum patiatur à,B,frigido particulâ ſui,C: ergo refrigeratur. Arqui actio calidi ad frigidũ perueniens,priùs in propinquam partem, C,aget:tum quia propinqua eſt magis, tũ etiam quia continua,atq; vt ſe conſeruet,calfaciet. Intẽditur igitur calor ipſius partis,C,ab, A, calido:remittitur autẽ à,B,frigido. Quare cũ hoc manifeſtũ ſit abſurdũ, ſupereſt actionẽ iſtam mutuam impoſsibilẽ eſſe. Paulus quinque reſpondendi modos tradit, cùm nullus re vera ſoluat. Sunt etenim omnes eius ſolutiones à vera philoſophia prorſus alienę: quas quod nil frugis cõtineant, recitare,nedum confutare non libet:res enim eſſet perplexa: ſatius ergo erit,aliquid diſtinctius & clarius ex tot tenebris eruere. Itaque pars illa, C, ipſi⁹ calidi paritur neceſſariò à frigido, & non à calido:quoniam natura ſemper dirigit ſuas actiones in id quod neceſſariũ magis eſt,vt ſe ipſam conſeruet. Quamobrem calidum ipſum agens, quod à frigido reparitur, vt ſe tueatur atque defendat, deſtinat actionis vires ad deſtruendam originem actionis ipſius contrarii, atque adeò vt contundat illius vim,ſemper aliquid machinatur. Quare calidum partem repaſſam, C, nõ calefacit,ſed frigidum ipſum, quod ſuo calore perimere contendit. Nam calefacere partem ipſam repatientẽ,nullius ſanè,præſente contrario,eſſet emolumẽti: debet ergo cõtrariũ deſtrui priùs,ſi cõſeruari debet. Neq; miranda eſt,naturam,quę ad conſeruationẽ & bonũ dirigit,in diſtantẽ partẽ priùs quàm in ꝓpinquam ſuam exerere atq; explicare actionem. Retunditur ſanè actio in proximam illam partem,atque debilitatur. Prætereà ſuperuacanea eſſet,nõ redacto priùs in eas anguſtias contrario, vt repugnare obſiſtereq; non poſsit:quo comparato, optimo ſanè ordine ſuam illam repaſſam partem calefaciet, in priſtinumq; ſtatum reducet. Non ſecus ac in ſingularis certaminis congreſſu, ſi alterum vulnerari contigerit, extemplò curationem aut medicamentum petere ſtultum eſſet: daretur enim locus aduerſario adhuc iracundè cõflictanti ipſum funditus perimẽdi. Sed melius prudentiuſq; fit,cùm hoſtem abolere deturbareq; priùs parat:aut ſaltem ſe tueri contendit, mox verò liber factus ad ſe redit,afflictiſq; partibus tutiùs medetur. Hic enim & ordo rationis eſt,& naturę:quę ꝓbabilem faciemus ex his quę ſuprà retulimus,

Paulus Venetus.

Simile.

actionem eſſe ad aſsimilandum ob diſsimilitudinem:quę cùm maior ſit in contrario,vnde totius periculi fons atq; origo emanat, ſequitur in illud maiori impetu ferri. Maximè cùm natura,quæ propter finem ſemper agit, nec ſuperfluè nec ocioſè quippiã operet: ſuperuacanea enim eſſet naturæ operatio, in parte repatiente detineri atq; occupari, non deſtructo cõtrario:quod illius repaſsionis tota cauſa eſt. Et,ſi dicas agentia vniuerſa (ſi verum eſt ipſa agendo repari)cùm patiãtur ſua actione fruſtrari: debilitata nanq; per repaſsionem,patiens ipſum ſimile nõ redderet:nihil enim agit,niſi quantum ipſum eſt. Ergo calidũ vt octo, nunquàm ſibi ſimile poterit producere:nam actionis tẽpore per repaſsionẽ, vt minimũ, vnũ gradũ caloris amiſit. Dicendum,euicto & ſuperato contrario, reducere ſe ad priſtinũ vigorẽ & ſtatũ: quare poterit agere & producere, quantũ ipſum eſt: anteà enim,quaſi permittebat,partẽ illã repati:qua omnes aduerſarii ictus excipiebat,atq; in diſtans agere neceſſariò cõpellebatur, cũ omnis actio in propinquam illam partẽ directa fruſtraretur. Quod nollẽ ita abſolutè intelligi,vt nihil omnino in propinquũ agat. Efficit enim aliquid ſimile, aut proportionale ipſi calori:aut certè impedimento erit, ne frigus partis repaſſę creſcat,atq; ità per calorẽ partis illius repaſſę(quanuis ibi calor non intẽdatur)calidum ipſum poteſt agere in diſtans. Certum nãq; eſt,non omnẽ effectum, quem producit agens in diſtans,debere producere in propinquum:nam iuxta diuerſarũ naturarum conditiones atque diſpoſitiones, diuerſę ſunt in diſtanti atq; in propinquo actiones. Vt de piſce illo Torpedine dicto, de quo Plinius atq; naturales referũt, quòd dũ in rete cõiicitur, rete non torpeſcente,piſcatoris manus obtorpeſcunt: quod natura ei cõtulit,vt limo contegat ſe, vt ſuprà natãtes piſces torpẽtes faciat,quos poſtquàm obtorpuerint deuoret. Poſtremò ſcrupulus ſupereſt euellendus,qui totam hanc quæſtionem ſubuertere videtur. Ex eo ꝙ Ariſt. lib. 2. De partibus animalium & earum cauſis cap. 2. dicit, Ignis frigidus nunquàm fit. Quòd ſi verum eſt, ignis dum agit, minimè patietur: non enim refrigeratur, neq; ob eandem cauſam in mixtionem deſcender. Dicendum, Ariſtotelis teſtimonium multos malè vexaſſe, etiam ex his qui magnum nomen in philoſophia ſortiti ſunt: nimirum quòd non conſiderarunt,quid eo loco Ariſtoteles

Redargutio ꝓpriæ ſententiæ.

Dubitatio.

Solutio.

tractasset, cuius erant admonendi. Nam ad maximas quasq; difficultates eruendas, primùm quid autor intendat, oportet explorare: quo etiã literę contextu, quid antecedat, quidue sequatur. Documentum sanè memoriæ mandandum in Aristotele enodando, potissimùm autẽ in diuinis sacrę scripturę sensibus eruendis atq; enucleandis. Cùm igitur Aristoteles eo loco de calidi & frigidi acceptionibus, eorumque excessu disserat, quartam ponit acceptionẽ: calidiusq; vocat quod citius calefit, eo quod lentiùs: atq; eadem ratione frigidius, quod citiùs frigefit. Comparat deinde aquam feruentem flammæ, aquã dicit pleniùs calefacere flamma: quanuis flãma liquefaciat atq; vrat, quod feruentissima aqua præstare non potest. Quare infert, feruentem aquam calidiorem esse exiguo igne: quæ tamen citiùs magisq; refrigescit, quàm ignis: quippe qui frigidus nunq; fiat, cùm aqua omnis refrigerari possit. Vbi Arist. non de calido aut frigido absolutè, sed in comparatione loquitur: qua ratione ignis frigidus nõ est, quia lẽtiùs & tardiùs frigefit: itẽ quia nunquàm frigidus sentitur, maximè quia ꝓpter maximam raritatem idoneus non est vt frigefiat. Quid quòd? nec absolutè frigidus appellari potest, licèt frigiditatem suscipere possit, cùm eã vltra gradum medium, vt denominari possit, non admittat.

Documẽtum.

Ignis quo modo frigidus.

Simile nõ patiẽ ab omnino simili.

¶ Alias verò faciliores quæstiones iudico, quanuis necessarias, & satis ab Aristotele definitas. Nam quòd simile in omnino simile agere non possit, determinauit exactè hîc text. 48. cùm nulla sit inter omnino similia differentia. Et prætereà non est cur vnũ magis actiuum sit, & alterum passiuum. Aut sanè sequetur absurdũ (quod Arist. illic infert) si simile ab omnino simili pateretur, idẽ profectò à se ipso pati necessariò: cùm non sit actus & potentię diuersa ratio, quæ ad agendum requiritur. Infert prætereà Aristoteles, nihil esse incorruptibile & mutationis expers, si simile in quantum simile actiuum est: sed singula interno proprioq; motu cõsumerẽtur. Intelligendum tamen de omnino simili, hoc est, in qualitate & gradu: cæteris etiam omnibus circunstantiis obseruatis, raritate (scilicet) densitate, & cæteris omnibus, quæ alicuius dissimilitudinis atq; adeò actionis causæ esse possent. Causa autẽ est ea, quã sæpe diximus, actionem ob dissimilitudinẽ ad passum assimilandum contingere. Nam si perfectè similia sunt, nil supereſt agendũ, in quo actio desideretur: quare frustra ageret. Ergo eadem ratione in seipsum ageret: nulla enim minor ratio in seipsum agendi, quam in simile est. Ob idque si vnus ignis summus summum ignem produxit, accedatq; alter, quanuis sint maioris efficacię & virtutis, tamen nõ agent ampliùs duo, quàm vnus in ignem tertium: aquã tamen citiùs duo ignes, quàm vnus corrumpent. Loquimur autem hîc de actione reali, non de intentionali: de qua libro. 2. de Anima plura dicere pollicemur. Quo fit, reductionẽ aquæ calidę in pristinam frigiditatem, non fieri à seipsa, nec per qualitates aliquas virtuales: quas libro. 2. refellemus, tanquàm inutiles & minimè necessarias. Sed illa actio generanti accepta referenda est, cuius operatio non antè cessat, quàm rem ipsam genitam in sua collocet perfectione. Sicut de graui & leui, quę à generãte moueri diximus lib. 4. de cœlo cap. 3. Vbi illam quęstionem appositè explicuimus, atq; planè philosophicã reddidimus: nisi quòd illic quandam replicam insinuaram, quæ totã quæstionis vim obtinet, in hunc locũ distulimus: cuius etiam illic solutionem polliciti sumus. Oportet enim quæstionum maximas quasq; difficultates, non procrastinãdo & differendo, vt fere semperque fit, eludere, sed potiùs propriis suis locis tractando, pro virili quoad fieri potest enodare. Argumentum igitur erat. Generans non est: ergo non mouet. Responderi vulgò solet: generans secundũ virtutẽ esse, grauitatem, aut formam ipsam substantialem: licèt illa instrumẽtaria sit, hæc verò primaria virtus. Contra hæc illic inuehebamur, quòd non possint esse mouentia, quod, sed, quo. Manet igitur semper quæstio integra & insoluta, ex eo quòd datur id quod mouetur, nõ autem id quod mouere debet. Nam profectò, si grauitas aut forma substantialis ipsius grauis in ipsum graue ageret, mouendoq; impelleret: iam idẽ in seipsum ageret, interno proprioq; motu moueret, atq; omnino simile in prorsus simile ageret, quãdo in seipsum suam explicat actionẽ, quod paulò superiùs cũ Arist. ex text. 48. reprobauimus. Prętereà, si grauitas aut leuitas, siue ipsorum grauium & leuium substantialis forma, est quod mouet: neutiquàm (vt Arist. lib. 7. &. 8. Physi. contendit) quod mouetur, in partem per se motam & per se mouentem distingueretur. Adde, quòd lib. 8. Physi. tex. 30. negat Aristoteles, consitum connaturale & continuum, hoc est, quod eiusdem rationis

Corolla. rium quo pacto aqua se reducat.

Quod sit generãs ín virtute, qđ grauia & leuia mouet.

tionis est per totum, posse à seipso moueri: aut idem esse actiuum & passiuum. Maximè quòd. 7 Physi. tex. 10. probat expresse, in omni actione agens, quod, debere esse simul: & ita in omni specie motus deducit illic cap. 2. Atq; hîc text. 44. Vbi tactum naturalẽ contineri dicit sub mathematico: nam naturalis addit supra mathematicum actionem. Et ratio est, quia debet esse quod deferat agentis virtutem: secus inter agens & patiens medio opus non esset. Idcirco res est à primis suis fundamentis nobis exploranda: quæ omnia Aristotelea erunt. Inttiò ponẽdum est, quod 4. Cœli latiùs deduximus principium (videlicet) Nec formam substantialem, neq; grauitatem aut leuitatem, nec propensionem, aut aliam vllam cõfictam in grauibus & leuibus formam posse esse mouens, quod. Quoniam nil horum habet esse: ergo nec operari: duntaxat enim sunt id, quo res est: ergo quo operatur. Secus profectò idẽ in seipsum ageret, naturale in connaturale, consitum & continuum in se, contra vniuersam philosophiã, vt. 8. Physi. text. 30. &. 1. de Genera. text. 48. docet ex professo Aristo. Quo enim modo hoc actiuum erit aut passiuum, cùm non solùm eiusdem rationis sint, sed omnino idẽ?

Proprię sentẽtię, Primũ fũdamentũ.

Secundũ

Secundum principium petendum est ex lib. 7. Physi. tex. 10. atq; 1. de Genera. tex. 34. Mouens, quod, vltimum, debere esse immediatũ & proximum, ita quòd nihil sit mediũ: quod Arist. illic inductiuè probat, & hoc loco, naturalem tactum adeò mathematicum præsupponere, vt solam actionẽ supra illum addat. Tertium postulatum erit: Omnes causas pręter efficiẽtem agere secundũ metaphoram, vt. 1. de Genera. text. 55. & lib. 12. Meta. text. 16. dicit Aristo. mouentes causas velut priùs factas mouere, hoc est, vt rebus factis præexistentes. Omnes enim causę, quæ ad actionem requiruntur, sollicitant efficientẽ: efficiens autem principium est vnde motus. Quare, si est motus, erit quod mouetur: ergo quod mouet. Tangunt igitur se id quod mouet & quod mouetur, quoniam aliquid esse debet, quod virtutem agẽtis in passum defert. Supponendum quartò est (vt in argumẽto petitur) priuatum generans corruptum esse, vt grauefactiuum, aut leuefactiuum: manere autem nos asserimus commune & vniuersale generans, vt cœlum & cæteras superiores causas, quæ non tantùm omnia in esse conseruant, sed in operari. Ab illis ergo, corrupto priuato & particulari generante, grauia & leuia tanquàm à generante, quod, in virtute mouebuntur. Dices, gratiosam esse ac de nihilo assertam hanc solutionem: minimè enim philosophicũ est, eã adducere: quanon fuerit difficile quæstiones omnes soluere. Hoc enim est (vt aiunt) ad influentias & vniuersales causas recurrere: quod inerudi-

Tertium.

Quartũ.

Argumẽtum.

ti hominis est, causas proprias comprehẽdere non valentis. Dicendum, nihil magis eruditum ac philosophicum esse, quàm postquã Aristoteleis rationibus proximè omnes causæ eliminatę & relegatę sunt, ad formas vniuersarum rerum recurrere, hoc est, ad cęlos, in quibus forma & species omnium cõsistit, vt ad suum locũ quodq; feratur, vt. 2. de Generatione text. 50. dicitur. Quamobrem id ipsum autoritatibus, rationibus, ac experimẽtis comprobare liber: vt intelligat quisq; nostram solutionem facilem, & non confictam, neq; friuolam haberi debere. Ex eo potissimùm, quòd cœli vim habent disponendi cũcta, quæ in vniuerso situm habent, vt modò ex tex. 50. Secundi de Generatione deducebamus. Et Arist. affirmat lib. 2. de Cœlo tex. 20. his verbis: Nam vt sese habet totius motio cœli, sic elementa corporum inter sese respectu generationis habere necesse est. Ergo ex motione cœli attemperantur elementa, atq; locis determinatis & propriis regionibus, quas possident, accommodantur. Confirmatur: quoniam hac ratione Arist. 8. Phy. disputans de illo principio, Omne quod mouetur ab alio mouetur, de grauibus agit: vbi omnia tandem ad primum mobile, quod seipsum mouet, reducit: quod necessariò secũdùm virtutem leuefactiuum est & grauefactiuum: illinc enim petendum est caput & totius motus initium. Quid igitur mirandum est, si id quod vulgò dicitur, grauia & leuia à generante moueri virtute, cùm alio modo intelligi repugnet, intelligamus nos de generante manente in virtute. Non sanè per formam substantialem, aut aliam qualitatẽ, quoniam demonstratum est, hęc non esse mouẽtia, quod, sed à cœlo moueri oportet deficiẽte particulari generante: quod quidẽ in virtute generans est, & sua diffusa virtute, atq; per omnia media effluxa cuncta disponit atq; moderatur, quoad ipsum quod mouetur citra medium pertingat. Nihil enim aliud. 1. lib. Meteororum cap. 2. nos docet Arist. connumeratis priùs mundi partibus, & omnib⁹ elementis: quàm id quod nos asserimus. Vbi positis elementis totum mũdum terræ vn-

Solutio.

diq; incumbere dicit, & quę contingunt affectiones inde ſumi debent: nimirum quòd neceſſariò mundus iſte ſupernis larionibus ferè contiguus eſt, vt inde vis eius vniuerſa regatur. Cauſam ſubdit: ea ſiquidem cauſa prima putãda omnibus eſt, vnde motus principium exiſtit. Id enim quod ſemper eſt atq; mouetur, vt cœlũ, ad hęc inferiora quæ quãdoq; deficiunt, vt agens ad patiens comparatur. Exemplo etiam ſit ferrum, ſiue acus horologii, quæ magnetis virtute tacta abſente aut penitus corrupto magnete à cœlo mouetur. Nam ſicut calor qui eſt in ligno, lignum non mouet, nec eſt id quod lignum calefacit, ſed quo calefit: ita & illa virtus magnetis ferro impreſſa non eſt quæ ferrum mouet, ſed qua ferrum mouetur. Neq; poteris comminiſci quidpiam aliud à quo tanquam ab agẽte, quod, moueatur. Hoc enim vniuerſi ordo expoſcit: mouentur enim omnia grauia ad ipſum mediũ vniuerſi, quia vniuerſi eſt, vt. 2. de Cœlo tex. 100. cũ Ariſt. dicebamus: & leuia ad concauum per eandem rationem feruntur. Proiiciens igitur cœlum eſt, quod ſuis in locis grauia & leuia omnia collocat: actus enim leuis eſt alicubi, id eſt, in ſupero loco eſſe. 8. Phy. tex. 32. Nam ſi poteſt cœlũ ignem ſęcum trahere præter naturam, quare ſecundùm naturam non trahet: ſi verum eſt, cœlum virtutem habere mouendi elemẽta, vt Sol ignem, Luna aquam commouent? Et apertum eſt de vapore & exhalatione experimentum ſenſibile, quę calore Solis ſimul ad formam, motum, & locum, eâdem ſuperioris agentis actione tranſmutantur. Quam rationem ſequuti lib. 1. de Cœlo tex. 88. dixi mus, grauium & leuium virtutem mouẽdi, prope loca propria creſcere: quòd ipſis locis virtus quædam inſit ipſius cœli ipſorum cõſeruatiua, quę à cœlorũ diſtantia promanat. Remoto igitur proximo mouente, mouebit primum. Quod nobis Plato inſinuabat, Plato. cùm inductionem formę ſeparatę attribue- Auicẽnas bat Ideæ: atq; Auicennas, cùm datori formarum. Quod etiam nos dicimus de caliditate ſeparata, quę ignẽ producit in virtute ignis, ſecundum virtutem, id eſt, cœli ipſius: quod re vera vſuuenire videmus, cùm Sol per lumen reflexum, non ſolum calorẽ, ſed ignem etiam producit. Semper tamen eſt aliquod agẽs, quod: immediatè tãgẽs, vtpote qđ defert virtutẽ agẽtis. Quæ philoſophia, quàm exacta ſit, ipſa ſe prodit, ampliuſq; Secundo lib. cap. 9. & 10. ex Ariſt. confirmabitur.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. poſitis tribus ſuppoſitionibus, duas infert concluſiones: poſt quas ponit corollaria tria.

¶Quonam autem modo ea quæ ſunt, generent, agantq;, ſumpto initio declaremus oportet. Si enim aliud potentia, 1 Suppoſitio. *aliud actu eſt: atque non partim pati,* 2. Suppo. *partim non pati, ſed vniuerſim ſecundum quòd tale eſt, & quodlibet ſui patitur: magis autem aut minùs patitur,* 3 Suppo. *quatenus magis aut minùs affectum eſt. Continuum igitur quodq; & vnũ* 1. Cõcluſ. *exiſtens, affectionis expers eſt: eſt enim vnum atque congeneum. Similiter &* 2. Cõclu. *ea quæ agere & pati nata ſunt, ſeſe aut media tangãt oportet: ignis enim aërem, aër corpus excalfacit. At fieri* 1. Coroll. *oportet, quod paſsibile eſt ſecũdũ quodlibet ſui diuiſibile eſſe: non ſunt igitur inſectilia corpuſcula, aut in diuiſibiles ſuperficies ad ſaluandam generationẽ ponendæ. Omnino autem deciſis corpo* 2. Corol. *ribus actionem fieri, cãcellos egreditur rationis: ſermo enim iſte alterationem è medio tolleret. At fieri atomorũ colle* 3. Corol. *ctione, compoſitione, & conuerſione (vt Democrito placuit) rationi eſt diſſentaneum: ſunt enim illa indiuiſibilia, quibus pars aucta non accreſceret. Quod modò à nobis ſit definitum.*

CAPVT. X.

¶Reſtat vt de miſtione contemplemur iuxta eundem doctrinæ Text. 82. modum:

modum: nam ex hiſce, quę initio propoſuimus, hoc erat tertium. Conſiderandum autem eſt quid miſtio, quid miſtile, quibus entibus, & quo pacto competat: & inſuper vtrum ſit miſtio, an id falſum ſit. Nam fieri non poteſt, vt quid alterum alteri miſceatur: ſicuti quidam aiunt. Etenim cùm ea, quæ miſta ſunt, adhuc ſint nec alterationem ſubierint, non magis nunc, quàm prius eſſe miſta, ſed ſimiliter ſeſe habere dicunt. Porrò ſi alterum ſit corruptum: non eſſe miſta, ſed alterum eſſe, alterum non eſſe: quæ ſimiliter ſe ſe habent. Eodem autem modo et ſi poſteà quàm in vnum ambo venerint, vtrũque eorũ quæ miſcẽtur, corruptũ ſit: non enim ea eſſe miſta, quæ omnino in ratione rerum non ſunt.

Argumẽtũ capitis & methodus. ¶Quoniam miſtio motus eſt ad formã (qua ratione de ente mobili hoc libro conſideramus) atq; cũ actione & paſſione & tactu fit, à generatione, augmentatione, alterationeq; vt ſecernamus, opportunum erit: quid & qualis ipſa ſit diſſeramus. De qua quatuor inquirenda eſſe, proponit Ariſt. iuxta methodum traditam. 2. lib. de Poſteriori Analyſi: qualiter (ſcilicet) miſtio fiat, deinde quæ ſint miſcibilia, quid inſuper miſtio, & vltimò an ſit. Quem intentionis ordinem dum propoſuit, executionis arripuit ſeriem, ab vltimaq; tractationem exorditur. Argumentaturq;, euenire non poſſe vt res miſceantur, quoniã vel miſcibilia manent, vel non: ſi primũ, non erit pòſt miſtio magis quàm anteà: ſi nõ manẽt, miſtio nequaquàm fiet, manere enim oportet miſcibilia. Neq; vno manente, altero corrupto, miſtio cõtingit: cùm per id quod omnino manet, aut omnino corrũpitur, miſtionem accidere ſit impoſsibile.

¶Hæc igitur ratio poſtulare videtur, vt quo miſtio à generatione, & corruptione, & quo miſtile à generabili & corruptibili differat, definiamus. Perſpicuũ enim eſt, miſtionem, ſi quidem ſit, ab illis differre oportere. Quo fit vt hiſce cognitis, quæ addubitata fuerunt ſolui queant. At verò neque materiam igni miſtam eſſe, neque miſceri dum comburitur, aut ipſam ſuis partibus, aut igni, ſed ignem igni, & materiam corrumpi, dicimus. Eodem autem modo, neque corpori alimentum, neque figuram, quæ ceræ molem afformat, ceræ miſceri dicimus. Nec corpori albedinẽ, nec omnino affectus, habitusque rebus ipſis miſceri poſsibile eſt, quippe cùm ipſi ſalui cernantur. At verò nec albedinem, & ſcientiam, nec aliud quicquam inſeparabile, miſceri contingit. Quinimo nec id pbèdicũt, qui omnia aliquando & ſimul eſſe, & miſceri inquiunt, non enim omnibus omnia miſceri queunt, ſed eorũ quæ miſcentur, vtrunque ſeparabile quid eſſe oportet: affectuum autem nullus ſeparabilis exiſtit.

¶Quia verò miſtio de potentia in actũ tranſmutatio eſt, ſicut cæteri motus, differentiã ab aliis indagare oportet: hoc enim diſcrimine inuento, cęterę quęſtiones faciliùs perſpicientur: quæ nec contẽnenda eſt vtilitas, neque parua commoditas. Duo itaque commoda expectãda ſunt, & rei cognitio in ſe, & ad alia quęſita vtilitas. Illam enim à cæteris motibus

tibus differre, vna hęc generalis ratio probat, quòd alii omnes motus (vt inducenti constabit) absq; mixtione reperiuntur. In particulari verò à generatione differre probat, quoniam forma in generatione manet omnino: in corruptione penitus desinit esse: ergo non miscentur materię. De nutrimento autem ex communi loquendi modo, qui sumptus est à modo essendi, & quia cibus corrumpitur, non igitur miscetur: non ens enim enti misceri impossibile est. Et de alteratione per omnes species qualitatis inducit, tam artificiales, quàm naturales, quòd passiones nec subiecto nec alteri passioni misceri dicimus. Omnium autē vna communis ratio est, quoniam miscibilia actu non manent, & separabilia sunt: at verò hæc omnia oppositas leges obseruant, & quòd manent actu, & ꝙ separari non possunt. Vnde obiter Anaxagoſā acriter increpat & eius assecłas, atq; Anaximandrum, de quo etiam mentionem fecit. 1. Physi. cap. 4. qui omnia misceri dixerunt. Interim tamen aduertito, cùm Aristotelem audis dicentem materiam corrumpi, intelligi debere de materia secunda non prima, cùm. 1. libro Physi. cap. 9. ipsam ingenerabilem & incorruptibilem posuerit.

Conciliatur sibi Aristo.

Text. 84. ¶Cùm autem eorum quæ sunt, alia actu sint, alia potentia: quæ mista sunt, esse quodammodo, & non esse contingit, actu quidem alio existente eo, quod ex eis factum est, potētia verò quippiam vtriusq; eorum quæ erant, antè quàm miscerentur, & nō esse perdita: id quod ratio prius addubitabat. Nam quæ miscentur, & priùs ex separatis coisse, & posse rursum separari videmus. Igitur neque permanent actu, vti corpus, & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo, aut alterū: nā eorum virtus, atq; potentia salua manet. Iccirco hæc omittantur.

¶Qualia mixta & miscibilia sint, definit Aristo. Miscibilia actu non sunt, ob discrimen mixtionis ab alteratione: nec omnino pereūt vt in corruptione: ergo medium obtinebūt. Profectò si sub propria denominatione vt accidentia, non manent, nec omnino sub non esse & priuatione: manebunt igitur ita vt redire possint ad naturam suam, in quadā potentia. Quibus terminata erit proposita quæstio, qualia sint mixta, & miscibilia ipsa. Igitur ad argumentum in quæstione propositum, quasi in forma respondet. Non colligere quod intendit, quoniam nec manēt omnino, nec omnino ipsa miscibilia pereunt, cùm aliquantulum esse in ipso mixto possideant: in quo, cùm saluetur virtus eorum, in potentia manent. Non igitur miscibilia manēt, sicut quod alteratur corpus, atq; affectio ipsa, quæ in propria forma, atq; ratione perdurant: ne q; prorsus corrumpuntur, vt cùm elementa duo in tertiū aliquod transeunt: neque adhuc vnum actu manet, alterum corrūpitur: sed ex separatis ita coisse videntur, vt possint rursus separari, nimirum quòd eorū virtus in mixto saluata permaneat. Et ita his verbis concludit Aristoteles: Potentia salua manet. Non enim penitus abit, vt in his quę per corruptionem esse desinunt.

Text. 85. ¶Dubitationem autem hisce cō tinuam, edisseramus oportet: vtrum mistio quippiā ad sensum sit, verbi gratia, cùm ea quæ miscentur ita in parua diuisa fuerint, & hoc pacto iuxta sese posita, vt nullum sensu dignoscatur, tunc ne mista sunt, an non: sed fit vt eorū quæ mista sunt, particula quęlibet iuxta quanlibet sit? Illo igitur modo mista esse dicuntur: vt hordeacea grana frumētaceis, cū quodlibet iuxta quodlibet positum est.

¶Sequitur iam de modo mixtionis quæstio. Qua, secundū Egidii existimationē (quę magis quàm mens Philoponi quadrat) antiquorum de mixtione modos reiicit, qui iuxtapositione

sitione secundum insensibilia, situ tamē distantia, mixtionem fieri asserebant: cùm tamen quanque mixti partem mixtam esse oporteat, ita, vt quodlibet vnius quodlibet alterius tangat. Ob quam rationem altera, quam proponit, quęstio erradicatur, an scilicet fiat secundum minima physicè, secundum formam indiuisibilia: nam profectò minima illa, secundum quodlibet sui, iuxta se poni oporteret.

Text. 86. ¶At si omne corpus sit diuisibile, si corpus corpori mistum simi lare sit, partem quanlibet secus quanlibet, esse oportebit. Atque cùm fieri nequeat vt in partes minimas diuisio fiat, & compositio non idem sit quod mistio, sed aliud, non oportere dicere quæ miscentur esse mista secundum partes exiguas, quæ suam adhuc retineant naturam, perspicuum est: compositio enim esset, non temperatura aut mistio, nec pars eandem cum toto haberet rationem. Dicimus autem si quid misceri debeat, quod mistum est, similium esse partium: & quemadmodum aquæ pars, aqua est: ita & temperati temperatum. Quòd si mistio sit compositio secundū partes exiguas, nihil horum accidet, sed solū esse mista ad sensum: atque idem huic quidem (si acutè non videat) esse mistum, Lynceo verò non esse mistum videbitur. Neq; diuisione adeò vt quæuis particula iuxta quanuis posita sit, mistio fit, nam fieri non potest vt corpora sic diuidantur. Aut igitur non est mistio, aut hoc rursum est dicendum, quo pacto inquam fieri possit.

¶Tertium etiam Anaxagorę modum penitus excludit, quòd (scilicet) mixtio fiat minimis secundum quantitatem indiuisibilibus, cęterùm secūdū formam diuisibilibus: cùm quælibet pars carnis carò sit, & fieri nequeat, vt in partes secundū formam minimas diuisio fiat. Cōpositioq; potiùs esset, quàm mixtio: cùm secūdū partes exiguas, quę suas adhuc naturas retinent, fieri perspicuum sit. Non igitur mixtio siue temperatura erit: in qua partem, eandem rationem cum toto (vti diximus) habere oporter. Deinde, quoniam more solito Aristo. post aliorum opiniones suam consueuit sententiam ferre, propositā de modo mixtionis quęstionem inuestigat. Vnamq; suppositionem ponit, secundū parua nō esse mixtionem, quoniam corpora nō sunt diuisibilia in minima. Sed amplius oportet mixtum omne homiomerum esse, hoc est, eiusdem rationis per totum, vt quemadmodum aquæ pars aqua est, ita & temperati pars temperata sit, & quanq; mixti partē mixtam esse oportet. Quòd si secundum minima siue sensu, siue forma, siue quantitate cōtingeret, mixtio sanè cōpositio esset aut iuxtapositio. Contingeretq;, si minimis ad sensum mixtio fieret, idem mixtum esse, debilē habenti visum: lynceis verò oculis prædito, mixtum non esse. Itaque miscibilia non secūdum vnionem & compositionem miscētur, vt situ distantia ponantur, sed quodam modo non manere opus est. Arguit prætereà: in mixtione totum & pars eiusdē sunt rationis: sed in tali congregatione eiusdem rationis non sunt, cùm non quęlibet pars mixti mixta sit, si quidem separatę sub eadem denominatione specifica actu manent. Tum etiā, mixtionem iuxtapositione minimorum secundum sensum fieri non posse probat, quoniam aliter idem esset mixtio atq; compositio: & insuper, non saluaretur mixtionis vera ratio, quòd quęlibet pars mixti esset mixta, & quòd miscibilia actu non maneant. Arguit etiam quartò, quòd diuisione mixtio nō fiat, ita quòd quælibet pars vnius quanlibet alterius tangat. Nā fieri penetratione ipsam mixtionem affirmares, quando nil aliud penetratio sit, quàm quanque vnius corporis partem, quanliber alterius iuxta omnem dimensionem tangere, aut aliquam ex illis (in

mixto

mixto enim ſecundum omnes oporteret) et ſi ſic fieret, adductę rationes, quòd (ſcilicet) actu miſcibilia non maneant, & quòd quæli bet pars mixti ſit mixta, non ſaluarétur. Aut oporteret iterum aggredi, remq;, quam determinandã propoſuimus, exordiri: rationẽ aliam quærere, ipſiusq; mixtionis naturã diuerſam excogitare. Quo igitur pacto fieri poſsit, inueſtigandum eſt.

Text.87. ¶Sunt itaque (vti diximus) eorũ quæ ſunt, quædam actiua, quædam quæ ab hiſce pati ſolent. Quædam igitur conuertuntur, ſuntq; inter ſe mutuò actiua, & paſſiua, quorum videlicet eadem eſt materies. Quędam verò agũt, & non patiuntur: nimirum quibus materies eadem non eſt. Horum igitur non eſt miſtio. Quare nec medendi ſcientia ſanitatem, nec ſanitas eadem miſta corporibus efficiunt.

¶Naturam & modum mixtionis cœperat inueſtigare Ariſt. cuius rationem adumbrauit potiùs quàm demonſtrauit. Refutauit nimirum antiquorũ deluſiones, vnde mixtionis quædam principia ſubinſinuata ſunt, abſoluta tamen eius ratio nondũ eſt ab Ariſt. tradita. Quam iam ex hoc textu aperire & cõplere contendit, ponendo poſtulata quędã, quorum primum tale eſt: Mixtio eorum non eſt quę adinuicem actiua & paſsiua non ſunt, atque adeò neque eorum quę in materia non communicant: quod diuiſione inſinuat atq; colligit Ariſt.

1. Poſtulatum.

Text.88. ¶Eorum verò actiuorum, & paſſiuorũ, quę facilè diuiſibilia ſunt, multa quidem paucis, & magna paruis compoſita miſtionem nõ faciunt, ſed accretionem eiuſce quod euincit. Nam alterum, in id quod euincit verti ſolet: vt gutta vini, decies millenis aquæ mẽſuris non miſcetur: etenim forma vini perit, atque vinum in totam aquam vertitur.

¶Secundum poſtulatum tale eſt: Quæ miſcentur, ſunt potẽtiis æquata & bene proportionata, magnitudine atq; multitudine commenſurata. Nam ſi magnum paruo, aut multa paucis miſcerentur, non mixtio ſed corruptio eſſet aut compoſitio, vt in vino aqua diluto: conuertitur enim alterum in prædominans, vt gutta vini mille amphoris aquę, forma enim vini corrumpitur atque in aquam vt prędominantem vertitur. 2. Poſtulatum.

Text.89. ¶Cùm verò potentias habẽt quodammodo ęquales, tum vtrunq; è ſua quidem mutatur natura in id, quod vincit ac ſuperat, non tamen fit alterum, ſed inter vtrũq; medium, atque commune. Patet igitur ea eſſe miſtilia, quęcunque ex agentibus contrarietatem habent: hæc enim inter ſe paſſiua ſunt. Parua autem dum paruis admouentur, propenſiùs miſceri ſolent: quippe cùm ea facilius, celeriusq; ſeſe trãſmeent. At multũ tardiùs hoc idem efficit, patiturq; à multo. Iccirco ex hiſce quæ diuidi poſſunt, patiq; ſolent, quæ facilè terminos ſuſcipiunt, ea miſtilia ſunt: quippe quæ facilè in parua dirimantur: hæc enim eſt eius quod facilè terminatur, ratio. Verbi gratia, quæ liquida ſũt, inter corpora maximè miſtilia ſunt, cùm liquidum maximè omnium diuiſibilium facilè terminari poſsit, modò non ſit viſcoſum, atque tenax. Hæc enim molem reddunt ampliorem, atque maiorem. Cùm autem alterum duntaxat paſsiuum fuerit, aut alterum vehemẽter, & alterum admodũ remiſſè: vel nihilo, vel certè paulò maius euadet, quod ex vtriuſq; miſtura conſurgit: quod in ſtanno, & ære accidit.

3 Poſtulatum. ¶Tertium poſtulatum: Miſcibilia eſſe ſecundum potentias proportionabilia, ita vt omnino ęqualia nõ ſint, à proportione enim ęqualitatis nulla prouenirет actio: neq; ſic ſe habeãt vt alterum prorſus ſuperet atq; vincat, nam quod ſeparatur, ex ſua natura mutatum abiret in dominans, quod vincere ac ſuperare dicebamus. Talẽ ergo exceſſum eſſe oportet, vt neutrum alterum cõuertere, in ſuãq; naturam tranſmutare valeat, ſed adinuicem agendo & patiendo, ad idem commune inter vtrunque medium reducantur, vt ea potentiarum cõtemperatione mixtum ipſum fiat. Quare nec ſe penitus corrumpunt, neque manent prorſus (neutro enim modo mixtio contingeret) ſed ipſis actu ſub eadem denominatione minimè manentibus, mixtio fit: quoniam miſcibilia in potẽtia manent, nimirum incompleta corruptione, deſtructa. Nullum enim miſcibilium in alterũ abit, ſed ex omnibus vnum fit medium, quoniam ea ratione commenſurata erãt, vt prorſus ſe euincere & ſuperare nequirent: ob id manere in media quadam ſubſtantia neceſſe eſt. Deinceps, in communi & vniuerſim mixtionis ratione tradita, preſsiùs propinquioribus rationibus ipſius temperaturæ modũ inueſtigat (non enim tantùm communibus & generalibus rationibus, ſed peculiaribus & propriis certãdum) atque adeò colligit cõtraria omnia miſcibilia eſſe, cùm miſcibilia per actionem & paſsionem, quę ex cõtrarietate oriuntur, miſceantur. Contraria igitur omnia miſcibilia ſunt, eadem enim eſt in omnibus contrariis ratio. Quę autem contraria non ſunt, vnum fieri poſſunt, in eodemq; ſubiecto ſubſiſtere ſimul actu poſſunt, vt albedo atque dulcedo in lacte: ſimiliter materia & forma in vno ſuppoſito ſunt: non tamen ut miſcibilia, per vnam naturam cõmunem vtriq;, idcirco non miſcentur, ſiquidem ex miſcibilibus vnam communem mediam naturam reſultare oportet. Aduerte tamen Nota. non latuiſſe Ariſtotelem, quòd quanuis cõtraria miſcibilia ſint, non tamen omnia: quoniam ęgritudo cum ſanitate, aut albedo cũ nigredine non miſcentur: ſed ea contraria dicit miſceri, quæ actiua ſunt atque paſsiua, illa nempe, quæ ſimpliciter & ſecundum ſe cõtraria ſunt, non autem ea, quę ſecundũ quid & per aliud opponuntur. Ideo ſicut ex qualitatibus primis in parte corruptis, fit qualitas media, quam ſecundam appellitant, ſic etiam ex elementis non actu ſed potentia manentibus fiunt mixta, quæ ex formis ſubſtãtialibus elementorum, vt media quædã conſurgunt: atque adeò quem in modum mixta ipſa miſceri contingit, reperies etiam qualitates ſecũdas attemperari, ſed impropriè, quoniam illa temperatura artificialis potiùs quàm naturalis dicitur, vt eſt illa pharmacopolarũ. Amplius declarat, quæ ſint bene miſcibilia: Parua (inquit) dum paruis admouentur faciliùs & propenſiùs miſceri ſolent, magnum autẽ cum magno tardiùs. Neq; obſtat eandem eſſe proportionem totius ad totum, quæ partis eſt ad partem, cùm cętera paria non ſint: in mixtionè enim applicari oportet ſecundũ quodlibet ſui ipſa miſcibilia, quod meliùs fit in paruo quàm magno, quippe cùm (dicente Ariſt.) ea faciliùs celeriusq; ſeſe tranſmeent. Vnde fit, iuxtapoſitionẽ maximè ipſam mixtionem iuuare: non autem minimorum ſecundum ſenſum, formam, aut quantitatem iuxtapoſitio mixtionem complet: debent enim magis applicari. Tametſi illa iuxtapoſitio mixtio non ſit, multum admiſcendũ confert, quia vt meliùs magisq; ſecundũ quodlibet ſui applicentur, pręuia eſt. Infert Ariſto. humida eſſe maximè miſcibilia, quia bene & facilè in parua & minima, quæ magis applicãtur diuiſibilia ſunt: idonea enim magis ſunt, vt ſe inuicem adęquent atque contundant, & ad quandam mediocritatem reducantur. Terminantur enim bene humida termino alieno, idcirco faciliùs diuiduntur, atq; adeò iuxtaponuntur meliùs, quare aptiora ad mixtionem ſunt: dummodo humidum illud nõ ſit lubricum viſcoſum & pingue, veluti oleũ, butyrum: ſupernatat enim in aqua oleum, & ſolùm maiorem facit molem, quę maiorem occupet locum. Habet enim quatuor oleũ, Oleũ nõ bene miſcetur. ob quę difficiliùs miſcetur: primò aëreã humiditatem quæ ſemper ſupernatat: deinde

Peripateticæ methodi rationẽ perpende.

Aduerte.

diuiſionis

diuisionis difficultatem,propter viscositatis tenacitatem:tertiò raritatē pororumq; multitudinem,ob quod digitus minùs læditur, si oleum feruens,quàm si feruentem aquam tangat:postremò,quoniā multæ magnęq; passionis est,actionis verò paruę.In genere igitur quę miscibilia sint,patet:cōtraria scilicet actiua inuicem & passiua:& in specie etiam, quæ humida & quæcunq; liquida sine viscositate sunt.

Text.90. ¶ Nonnulla enim entia inter se minùs discreta sunt, ambigūtq;: videntur enim quodammodo & remissè misceri,& quasi alterum susceptiuum,alterum forma esse: quod quidem & in hisce accidit. Nam stānum quasi affectio quędam sine materia æris, penè euanescit,misturæ toti colore solùm indito:quod idem & in alijs quoque vsu venit.Patet igitur ex his quæ diximus,mistionem esse,& quid ea sit:&quam ob causam,& quęnam entia mistilia sint: quandoquidem nōnulla sunt eiusmodi,quæ & pati inter se & facilè terminari,diuidiq; possunt.Hæc enim cùm mista sunt non esse corrupta,nec vltrà eadem simpliciter esse,nec eorum mistionem esse compositionem, nec ad sensum necesse est. Sed mistile quidem est,quando cùm facilè finiri queat passiuum est, & actiuum & ei quod est eiusmodi, mistile: nam mistile,cum cognomine dici solet.Mistio verò, est mistiliū alteratorum vnio.

¶Docet insuper malè miscibilia esse, quę in actione & passione minimè cōmensurātur: nam quod magis actiuum est alterum corrūpet,vt in stanno & ære, quorū illud multùm passiuum est,alterū verò parùm. Exemplūq; subdit de balbutiente, qui aliquas syllabas dum profert,subticet alias:vnde confusio ex literarum mixtura oritur, vna quasi euanescit cùm prēteritur, altera verò multùm feritur,& distinctissimè profertur: sic exhalato & euaporato stanno æs manet,quo exemplo quēadmodū verbis accidit, ita & rebus accidere intelligam⁹.Occurrit tacitę obiectioni Aristoteles,quòd licèt ęs atq; stannū malè & remissè misceantur, miscētur tamen vtcūq;, altero tanquā materia & susceptiuo manēte vt ære, stanno verò vt forma:quod color notū facit & manifestat,plus enim stāni, quàm ęris resoluitur,& stānum quasi affectio quędam sine materia permanet.Vnde si æquè bene diuisibile & passibile esset æs, ac est stannum,accommodatissimè miscerentur,suisq; qualitatibus se inuicem diuiderent:nō secus ac elemēta suis illis motiuis qualitatibus,grauitate(scilicet)atq; leuitate,corpora diuidūt vt ad sua loca permeēt.Ita sanè in mixtione, alteratione,& motu locali,vt aptè ad mixtionem accōmodentur se secant, atq; diuidunt: fit autem semper diuisio illis partibus quæ magis sunt applicatæ, atq; vt patiantur meliùs affectę.Tandem breui epilogo perstringit priùs rogatas atq; determinatas quæstiones,An(scilicet)mixtio sit,& quid: vnio (videlicet)miscibilium in vnum commune medium.Item quam ob causam, & quomodo: adæquatis nempe miscibilibus in actione & passione,potētia atq; virtute.Ex quib⁹ quænam mixtilia sint colligit: liquida scilicet, & contraria,quæ facilè terminari diuidiq; possunt.Secundò colligere videtur generationē non esse,nec vllā ex aliis transmutationibus, in quibus aut omnino corrumpi aut penitus manere opus est:at in mixtione nec simpliciter corrumpi,neq; omnino manere, sed media quadam ratione perseuerare oportet. Vltimò,& quod desiderari videbatur, adiūgit, mixtionis legitimam veramq; definitionē. Mixtio (inquit) est mixtilium alteratorum vnio,id est,eorum quę fuere alterata.Meliùs dices,alteratorum,hoc est,quòd licèt corrūpantur quo ad actum & denominationē & specificam quandam rationē, manent tamen in potentia,vt redire possint in mixti resolutione.Ideò alterata & quasi ad medium reducta,non omnino corrupta videntur. Itaque alterata dicuntur,quoniā mixtio alterationē semper

Capitis collectio.

semper & necessariò supponit, corruptionē verò non necessariò requirit, nisi quatenus in illa media natura mixtilia in actu nō saluātur:manere tamen aliquo modo dicūtur. Bona igitur est finitio,quoniā breuis & perspicua,nō redūdans aut diminuta,genere & differentia constans : quam in quęstione latiùs exponemus.

An sit mixtio. ¶Sed vt prędens caput admodū obscurū, & mixtionis naturā satis per se abstrusam illustremus,propinquioribusq; rationibus enodemus,nō fuerit ab re eadē iterū examinare atq; interpretari.Nā non esse mixtionē,Aristotelis argumentum principio huius capitis propositū,colligere videtur,& (videlicet)mixtilia ipsa vel maneāt vel non maneāt : qua de re sequenti quæstione disserturi sumus.Interim tamē argumēta mixtionem reprobantia soluenda sunt.In primis,nō misceri elemēta

Argu.1. deducitur ex eo, & mixtū nobilius sanè atq; præstātius elementis valerēt producere: est enim mixtum omne,quantūcunq; minimū & imperfectū,elemētis ipsis præstātius,nimirū & omniū elemētorū virtutes simul vnītas contineat. Deinde,cùm elemēta miscentur,

2. Argu. proculdubio corrumpi atq; desinere esse,est necesse:nō igitur poterūt mixtum generare, aut sanè mixtū esset & à nulla efficiēte causa

3.Argu. fieret.Tum etiā,mixtum omne præter intentionem elementorum eueniret: nā elementa mixtū producere nō intendūt,sed potiùs sibi simile generare:quare si symbola sunt, vnū alterum corrūpet,si verò dissymbola,vnū

4. Argu. tertium generabūt.Postremò,licèt esset mixtio,naturalis non esset sed violenta, cùm oporteret & grauia ascendere & leuia descendere,vt ad locum mixturæ venirent, quod satis violentum est. Dicendum, mixtionem Aristotelis atque omnium philosophorū testimonio probari: in qua nulla alia controuersia est aut difficultas, præterquam ea quæ argumentis facta est, idcirco soluenda sunt

Ad primū & secūdū quo ordine posita sunt. Primum igitur rectè assumit, nihil vltra gradum suæ perfectionis agere: siquidem vnumquodque agit, quantum ipsum est, & inquantum actu est. Intelligas tamen oportet de actione particulari & vniuoca, non autem de actione equiuoca, vbi magis virtus supernarum causarum est inspicienda, quàm causarum particularium. Non enim loquimur hīc, de illa mixti generatione, quę fit à generante, vbi elementa tantùm vice materiæ concurrūt: sed de primæua mixti generatione, quando elementa concipiuntur propria actione & passione ad mixtionem descēdere, vt in mu ris(verbi gratia)generatione,qui ex putrefactione & elementorū congressu producitur. Vbi potiùs cœlestis virtus inspiciēda est,quę permanet, quàm ipsorum elementorū quæ transit:cùm igitur nō perseuerēt, rationē generantis amittunt. Quare elemēta secundū materiā manere dicuntur,virtutē autē cœlestem,quā virtutē seminalem vocant, formæ vice manere oportet. Cœlū enim est veluti forma quædā vniuersalis, & cōmune generans & efficiēs,vt in calce.9.cap.diximus,& 2.lib.cap.9.&. 10. repetemus: vt intelligas, nō tantùm philosophicā, sed Aristotelea nostrā esse doctrinā, ob idq; necessariā. Cogimur enim sępe cœlum generās in virtute appellare, vt illic moderati sumus,si in eas angustias redigamur,vt omnibus causis particularibus pensatis,singulę deficiant. Et per hæc patet ad secundū.Quod autem tertio lo co obiiciebatur,mixtū ipsa elemēta nō intendere generare:distinguendū est,per se primò & intentione propria verum est,at per se secundò atque naturę communis intentione, intendunt sanè mixtum generare. Ratio est, nam cùm se conseruare intendant,& natura de posibilibus quod melius est operet, satis bene illis consultum videtur, si non omnino desināt atq; corrūpantur, sed ita maneant in media quadā substantia, vt inde rursus seperari queant,saluatur enim in mixtis virtus eorū. Postremū verò solutu difficile non est:naturalis enim mixtio est nō tātùm à natura cōmuni, sed etiā ex virtute cœlorū miscente. Itē quia vt generationem diximus naturalē principio huius statim sub initio, quia est ad substantialem formā trāsmutatio, eodē modo mixtio ratione termini acquisiti naturalis erit:sicut ascensus aquę ad replendū vacuū naturalis ponit:& calefactio aquę, quoniā est ad formā substātialē passo conferēte vim,naturalis etiā est. Igitur cùm propria naturā elemēta ad mixta ordinentur vt in propriam perfectionem(.3.Cœli text.67.) fit vt naturā in mixturam descendant. Nilq; obstat,grauia ascendere leuiaque descendere,sunt enim ab vniuersali tracta natura, & à natura communi mota,vt de vaporibus & exhalationibus diximus: maximè quòd non semper opus est elementa ad locū mixtionis descendere,cùm prędens sit virtus cœli quæ elementorum vices suppleat. Quamobrem quod in argumento supponitur, falsum

Ad. 3.

Ad. 4.

est:non enim semper ex elementis vt termino mixtum fit:bene tamen ex ipsis vt materia secundum se aut virtutem cœli, nam sine congressu omnium elementorum saltem in virtute mixtio haud continget.

Quomodo maneant in mixto elementa.

¶Quæstio tamen peracerba nos manet, atq; inter grauissimos philosophos ardua: meq; latet an ab aliquo eorum ad vnguem fuerit definita, adeò implexum est determinare de modo quo elementa sint atq; cõsistãt in mixtis:Maneant ne formaliter secũdùm suas naturas(siquidem in definitione mixtionis dicebat Arist. mixtilia alterari, ergo non corrũpuntur)an potiùs corrumpantur, aut in virtute tantùm perseuerent. Res sanè est obscuritatis nimium plena: quam(Deo duce) è medio sublatis & euulsis aliorum erroribus, quòd breuiùs & compendiosiùs fieri poterit, reiectis etiam sophisticis & quæ nullius põderis videntur, illustrabimus. Auicennas primus formaliter secundùm essentias manere affirmare non est veritus: citra vllam corruptionẽ, pars hæc in mixto actu aër, illa aqua, terra, aut ignis actu est. Quamobrem illa loco, & situ distingui oporteret, quanuis propter paruitatem minimè sentiantur. Itaque elementa remissis & retusis qualitatibus in mixtis secundùm suas essentias manere docet, vt redire possent ipsa eleméta in mixtorum resolutione. Quod ex argumento Arist. deduci videtur: siquidẽ non manentibus elementis, nõ mixtio esset sed corruptio: esseтq; cõtra rationem elementi ab Aristotele tradità. 5. Meta. text. 4. Elementum(inquit) est ex quo aliquid componitur, primò inexistente, indiuisibili specie in aliã speciẽ. De ratione igitur elementi est, principium esse materiale, quia ponitur in definitione, ex quo: & intrinsecũ, quia dicitur indiuisibile secũdũ speciẽ, atq; adeò hac ratione à materia prima differt, quæ nullam habet speciem. Hæc tamen opinio veritati in primis aduersatur: atque Aristoteli hîc tex. 86. asserenti, quę miscentur non oportere suam adhuc retinere naturam. Refragatur deinde philosophico principio, ex pluribus (scilicet) existentibus in actu non potest fieri vnum tertiũ. Adhæc forma mixti accidens esset, vtpote quę enti in actu adueniret. Mox, mixtum nullum esset per se. Demum, non quæuis mixti pars mixta esset: aut certè dimensionum esset penetratio, aut forma sine materiæ dispositionibus induceretur & maneret. Quæ omnia adeò absurda sunt, vt funditus philosophiã destruant: nec enim plures formæ in eadem materia esse possunt, neque sine propriis requisitisq; dispositionibus consistit forma.

Auicénæ opinio.

Confutat Auicénas Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Cõmentator Aristotelis tẽperatiùs asseruit, formas substantiales elementorum in mixto manere, non in suo esse completo, sed retusis formarum summitatibus, & cacuminibus ad mediocritatem redactis. Arbitraturq; eas intensionis & remissionis esse capaces: quoniã sicut qualitates eorũ primę ad elemẽta disponũt, ob idq; intẽsionẽ & remissionẽ suscipiunt, ita etiã elementorũ formę ad mixta ordinãtur, quibus vt attẽperentur intẽdãtur ac remittantur oportet. Verùm hęc etiã opinio explodenda videtur: ex his quæ supèriùs demõstrauimus, formas substãtiales minimè intẽsionis esse susceptiuas. Deinde, ꝙ ad substantiã cõtra Arist. esset per se motus. Mox, quia mediũ inter accidens & substantiã inuenit, quę per negationẽ & affirmationem, esse scilicet & non esse in subiecto, distinguuntur. Præsertim, ꝙ si mediũ aliquod esse debet, eiusdẽ rationis oportet sit cũ extremis: modò tamen nil est quod inter substantiam & accidens mediũ sit, nam in nullũ commune genus ambo reducuntur. Idcirco nobis dicendũ videtur cum Philopono, atq; Alexãdro, item cũ D. Thoma, & communi schola(quæ prędictas opiniones vt falsas atque cõmuni animi conceptioni aduersas explodit) manere quidem formaliter cõtrarias elemẽtorũ qualitates, gradibus remissis summã latitudinẽ implentibus: formas autẽ substãtiales nõ formaliter sed virtualiter, vt extrema in medio, & imperfectũ in perfecto.

Auerrois opinio.

Confutat Auerroẽs Primò.

Vera Aristotelis sẽtentia ab Autore cõfirmat.

Formę sanè elementorũ formaliter ob cõtrarias dispositiones, quas suo iure exigũt, manere nequeũt. Rursum propter incapacitatẽ materiæ, quę simul plures formas nõ admittit. Prętereà quia ociosę essent & superfluæ, vbi forma mixti omniũ illorũ perfectiones includit. Sed quò hæc verior appareat, & simul reliquæ relegẽtur opiniones, plures accipiro rationes. Ex substantia mixti in primis: quoniã nulla forma nisi mixti dat mixto formam, atq; definitionẽ: ergo nulla alia est in mixto substantialis. Insuper ex accidentibus ad formas requisitis: in nullo mixto saluãtur accidentia atq; dispositiones, nisi in esse remisso: quo nõ conseruantur elementorũ formæ: ergo nec manent sine dispositionibus ipsa elementa. Rursus ex vnitate mixti, quod per plures formas vnum non esset: non enim est posibile elementi formã indiuiduo mixto

Pluribus rationibꝰ cõfirmat, quibꝰ alię opiniões reiiciuntur.

mixto, formam, definitionem, operationẽ, & subsistentiã præstare. Ex natura itẽ mixtionis, quæ tãtùm esset secundũ sensum cõtra Aristotelẽ, vt in zingibere & pipere, atq; similibus cõtingit, quæ nõ se penetrãt, sed situ & positione distinguũtur. Adhæc ex natura partis mixti: quælibet enim ipsius pars debet esse mixta: tunc enim quelibet pars integralis & quãtitatiua mixta nõ esset. Cõtra nostrã autẽ sententiã, vt absolutior sit quæstionis declaratio, libet in pręsentiarũ argumentis insurgere. Primò, quia Arist. dicit mixtilia alterari & non corrumpi: manent igitur.

Argu. 1.

2 Argu.

Item appellat mixtionem, vnionem: vnio autem, sicuti & compositio, sine vnitis partibus atq; componentibus non est. Dices(vt hactenus insinuatum est) manere in potẽtia. Quæram, aut eleméta manent in potẽtia materiæ secundũ numerum reditura, & ita corruptũ per naturam secundũ indiuiduum recuperetur: aut secundũ speciem reditura, quod profectò nihil est, & minùs iuuat, quoniam ea quæ corrũpuntur in potẽtia materię manere dicuntur, vnde secundũ speciem recuperari posset. Quare siqua specialori ratione manẽt, manebũt in forma & essentia formaliter: secus enim (dicito mihi) quomodo mixtũ in eãdẽ, ex quibus coagmentarũ erat, elementa resoluatur. Confirmatur ex eo ꝙ 1. Cœli tex. 7. dicebamus, ab elemento prædominante mixta moueri: ergo ibi est natura elementi, quæ illius motus principiũ est. Prętereà mixtũ, si ex elemẽtis formaliter nõ cõponeretur, eque simplex ac ipsa eleméta esset: aut da mihi, quonã modo, cùm forma vna atq; simplici materia cõstet vtrũq;, vnũ altero sit cõpositius? Postremò illud est lõgè difficilius, quonã modo aut ratione maneãt in mixto in potentia, vnde reditura sint? atque quonã pacto citra diuisionẽ continui in omnes suas partes, aut sine penetratione, aut saltẽ sine corruptione vniãtur? Vt igitur ꝓpositam quęstionẽ soluamus, atq; omnia in cõcordiã redigamus, atq; in re planè abstrusa & recõdita, atq; ferè inaccesibili, aliquid lucis inducamus: præsupponẽda quædã sunt, ex quibus tanquã notis principiis ad huiꝰ rei notitiã mens nostra gradũ facere videatur.

Confirmatio.

4. Argu.

5. Argu.

Elementi definitio.

Principio adducẽda est elemẽti definitio, atque eriã exponenda, vt minùs in re quã intẽdimus errare cõtingat. Tertio Cœli text. 31. elementũ dicit Arist. id corpus in quod cętera diuidũtur, in quibus potẽtiã aut actu inest (hoc enim vtro modo sese habeat adhuc ambigitur) subditq;: ipsum est in forma diuersa indiuisibile. Eandem definitionem lib. 5. Meta. tex. 4. ponit: Ex quo aliquid componitur primò, inexistente, indiuisibili specie in aliã speciem. Id est, quod alterius compositionẽ ingreditur, cùm tamen ipsum adeò simplex sit, vt ex multis specie diuersis non componatur: siue quod in specie diuersa diuidi nequit. Quæ definitio eadem est cum præcedenti, nisi quòd sensibili experimento eam in resolutione syllabarum in proprias literas interpretatur. Quod fuit plurimis erranti occasio, vt existimarent eodem modo actu elementa in rebus manere, vt literę quæ syllabarum sunt elementa in ipsa dictione. Quam horum hæsitationem tollemus in fine huius quęstionis, exponendo text. vltimum. 7. Metaphy. Nunc autem ad definitionem regrediamur, de cuius ratione quatuor esse docet Aristo. quibus elementi natura absoluitur atque completur. Primũ est, elementum causam esse ex qua: quod insinuat cùm dicit, ex quo: nam causa est materialis, vt verum sit quod superiùs dicebamus non esse elementum quod generat atq; efficit mixtum. Deinde, vt sit primum principium in genere corporum, & ita dicit ex quo primò componitur, & in lib. de Cœlo prędallegato dicitur, in quibus inest, ex eo ꝙ vnionem ipsius mixti elemẽtum intrat: atq; adeò tertiò in ratione elementi est, vt sit intrinsecũ principiũ, non transiens sicut priuatio. Postremò, quod sit indiuisibile in aliã speciẽ, hoc est, quod ipsum habet speciẽ: in quo distinguitur à materia, quę nullam habet speciem: & in speciem non diuiditur, quo à mixto distinguitur, quod in eleméta diuiditur, hoc est resoluitur, nõ sicut in partes quantitatis, sed per alterationem mixtũ in ipsa simplicia, ex quibus cõstat dissoluitur. Itaq; ex eo ꝙ simplex est elementũ, indiuisibile ponitur: diuiditur enim manus in carnẽ & ossa, quæ specie separantur: in eleméta ignẽ(scilicet) aquã, aẽrem, & terrã dissoluitur mixtũ: neutro tamẽ modo elementũ diuiditur, sed est indiuisibile, hoc est irresolubile corpus in aliud prius, ex quo cõponatur. Quare resolutio elemẽti in materiã & formam nõ obstat, cùm de resolutione in corpora agatur: nõ igit intelligendũ est de materia & forma, quę corpora nõ sunt: &, si vim nominis attẽdere velimus, in materiam resolutio propriè non est sed corruptio, resolutio enim in ea quę eiusdẽ generis sunt debet fieri. Aduerte

Quatuor de natura elementi.

Nota. tamen, dixisse Aristotelem in definitione elementi. 3. Cœli, inexistere elementum potentiâ aut actu, quoniam vtro modo inesset, tũc temporis adhuc ambigebatur: iam nunc vt in proprio loco potentia & nõ actu esse demonstrat. Quod ita apertè dicit, ac libro. 2. de Partibus animalium & earum causis cap. 1. his verbis: Cùm itaque triplex sit compositio, prima statui potest ea quæ ex primordiis conficitur iis, quæ nonnulli elementa appellant, terram dico, aquam, aërem, ignem, sed melius fortasse dici potest ex virtutibus cõficiens elementorum. Quod & nos ex hoc posito principio, & ex his quæ sequuntur demonstrare contendimus. Certũ est, actu eleméta
2. Principium. in mixtione non manere: nam quãuis. 3. Cœli dicat Arist. vtro modo maneãt ambigitur, hîc actu non manere definit. Quæ prorsus enim manent non miscentur, quare nec omninò corrũpentur, sed potentiâ manebũt: elementis enim corruptis corruptio & non mixtio esset appellanda. Itaq; potentia & virture manent, hoc est per modũ habitus, non vt in potentia materiæ, sed vt dormiens Geometra sciens dicitur in potentia: aut ebrius philosophus, qui philosophari aggrediens ex habitu quidem philosophatur, non syncerè tamen, quoniam non est pura & simplex actio. In eundẽ sanè modũ eleméta, quę actu minimè manẽt, potẽtia & virtute permanẽt: actu enim nullum est ex elementis, nimirũ eorũ syncera & simplici actione castigata, potentiâ tamẽ velut in media quadam substantia manere instar habitus oportet. Tũ etiam
3. Principium. postulandum est cum Arist. hoc capite, miscibilia non secundum minima iuxtaponi oportere, loco siquidem & situ distabunt, vt lapides sunt in domo, lateres etiam atq; ligna: aliud enim sibi expoſcere mixtionis ratio videtur, si communẽ animi conceptionẽ audiamus, videlicet ita miscibilia apponi, vt quodlibet vnius quodlibet tangat alterius. Nam quemadmodum aquę pars aqua est, & tẽperati temperatũ, quęuis pars mixti mixta sit oportet: in ratione enim mixti, quodque mixtũ per vniformẽ miscibiliũ vnionẽ homogeneũ esse necesse est. Petendũ etiã aliud
4. Principium, in quo exponitur modus vnionis. est, vnionẽ istã per diuisionẽ nequaquã fieri: nisi velis continuũ in omnes suas partes esse diuisum, cùm quodlibet vni⁹ miscibilis cuilibet parti alterius apponi sit necesse: neq; per penetrationẽ, cùm ipsa naturâ sua impoſsibilis sit. Fit ergo per ipsorum elementorũ transmutationẽ, nõ perfecta formæ amissione, & vnius in alterum transmutatione completa, nihilominus integra corruptione. Hoc siquidẽ mixtio à generatione & corruptione distinguitur, atq; distat, & in his integrũ vnũ in integrũ aliud transit & abit, & contrarietates assumit, per quas quod passum est pristinas amittit atq; deponit. Tamẽ quoties cõtraria in materia cõmunicantia actiua inuicẽ & passiua in certamẽ descendunt, atq; ita cõgrediuntur, ne contrarietate alterũ ab altero omnino superari posset, alterũ in alterũ nequaquã migrabit: atq; adeò propter viriũ & Nota. potestatum æquabilitatem, actione & passione eatenus progrediũtur, donec abiecta cõtrarietatum excellentia, vnita vnaq; facta materia, quæ omnibus subiicitur, forma media inducitur virtute omnia eleméta cõtinens, quasi modus quidã subſtãtię, ꝓportione respondẽs actioni & passioni elementaliũ substantiarũ. Ex qua media substãtia sequit̃ ipsarũ qualitatum elemẽtaliũ proportio, quæ leuissimis de causis in horas singulas mutatur, vnde ęgritudines cęterosq; defectus oriri est necesse. Per incõpletam igitur istã transmutationem vnio ipsorum elementorũ fit, atq; in quodam medio velut mutuo eorũ consensu adstringuntur: cuius concordiæ causa est impotẽtia ad completam trãsmutationẽ, vnde potestatum æqualitas oritur. Rectè igitur Mixtiõis definitio Aristotelicè exponitur. Arist. mixtionem definiuit esse miscibiliũ alteratorũ vnionẽ: quoniam licèt elementorũ corruptio sit, non tamen integra corruptio vnius in alterũ, quandoquidem vnum elementum in alterũ quod intendebat, nõ transit, sed in medio vtrunq; attemperatur. Attẽdetur ergo potiùs mixtio secundũ alterationẽ, quàm corruptionẽ: siquidem de natura corruptionis est, vt totum funditus pereat, vsq; adeò vt nec virtus aut potentia vlla maneat, vnde rursus reuocari queat: at verò in mixtione alterari videntur miscibilia, & cùm virtute & potentia maneant, corrumpi simpliciter atque perire omnino non dicuntur: nõ enim habent tantũ cõtrarietatis excessũ, vt vnum alterũ transmutet, sed vtrunq; desinens in medio conseruatur. Quamobrẽ mixtio est, actione & passione corporũ paruorũ iuxta se inuicẽ positorũ intercedẽte, per trãsmutationẽ, citra extremã corruptionẽ vnitio. Nã corruptio nequaq̃ est appellãda, quæ nõ integra & conuersiua est, in qua eleméta suas intẽtiones nõ assequunt̃: intendũt siquidẽ sibi simile cõtrariũ efficere, quod nequaq̃ nanciscuntur, sed tantùm mediam naturam producunt

producunt, cùm tamen intendant extremã: atque cùm natura non possit perfectã & integram assimilationem facere, incõpletam, prout fieri potest, producit. Itaque in definitione ponenda ea sunt, quæ sunt per se, & non ea quę per accidens: at sic est miscibilia per se & necessariò alterari, fieri enim nõ potest vt quę non alterantur misceantur: penitus autem perire & corrumpi non est necesse, quinimò opus est, vt miscibilium virtus saluetur. Ergo ipsis aliquo modo manẽtibus, dicendum non est ipsa corrumpi, illegitima
Nota. enim esset definitio, sed consideratiùs dixit Arist. alteratorum, quoniam alteratio semper & simpliciter fit, corruptio verò licèt fiat, non simpliciter. Ex qua quidem doctrina facilè quisque, si aduertat, argumẽta omnia dissoluet: & item illud diluetur de ratione ele-
Ad argumenta. menti per primum positum principium. Et nostrum primum atque secundum argumẽtum ex his etiam vires amittunt. Tertium
Ad tertium. tamen adhuc vrget & instat, quare (scilicet) alterata non corrupta vocentur: quomodo etiam manere in potentia & virtute dicantur, & cùm corrupta re vera sint, qua ratione redire possint. Dicendum, iam nunc pluribus expositum esse, ob quam rationem alterari & non corrumpi dicantur. Manere autem in potentia asserimus, non quòd secundum substãtiales formas maneant, sed quòd maneant in medio atq; in virtute, quoniam medium eiusdem est generis cum extremis: nõ enim quidpiam aliud medium est, quàm extremum vtrinq; redactum, atque in mediocritatem quandã reductum. Quo fit redire inde posse atq; in lucem reuocari eleméta, non numero eadem (quando semel corruptũ numero idem per naturam nõ redibit) redibunt tamẽ eadem secundũ speciem simplicia corpora. Non tamẽ ea ratione qua in corruptione fieri contingit: siquidem res corrupta manet in potẽtia materię, quatenus sub pri-
Perpende Autoris mentem, quæ. 7. c. 2. huius est Aristo. probatur. uatione est, quam solã habet rationem: at eleméta non solùm in potẽtia materię sunt, sub cuius priuatione continentur, sed adhuc in vno habitu medio atq; forma: quia quę corrũpuntur simpliciter, priuatiuè tantùm manẽt: at verò quæ in mixtionẽ corrũpũtur nõ tantũ priuatiuè in ipsa materia continẽtur, sed in habitu alio modo positiuè cõseruãtur. Quare si aliquod agẽs, quod ad alicuius eleméti in mixto cõtenti perfectionẽ facere videatur, admoueatur, modica profectò opera in suam pristinã naturã restaurabitur, reuocabitur q; : nõ quòd numero idẽ sit quod antè, cùm ab initio mixtionis nõ cõseruaretur, sed simile aliud facillimè reuocatur. Quod argumẽtum magnum est, vt quodamtenus ibidem conseruari dicamus. Simile in huius rei declarationem Alexander Aphrodisien- Alexãder sis opusculo de mixtione appositissimũ excogitauit de lacte, quod humidum atq; solidum per totum habet, candenti tamen ferro immisso vtrũq; segregatur, atque aliquo modo gignitur, & partim in caseum & partim in serum conuertitur: neque ferrum illud partem aliquam actu existentem secernit & segregat, sed ab omni particula vtrunque ipsorum generat. In musti præterea decoctione vel renui, ex omni parte spiritus, vinum, arq; feces secernuntur: quæ antè actu non erant, sed sola virtute, ob idque quodammodo generantur: potiùs dices resolutionem quàm generationem. Itaque in illa media substantia manere dicuntur, quoniam modica opera ad exeũdum in actum indigent: & multò sanè minori, quàm si in sola materiæ potentia manerent: est enim in illo medio aliquid positiuum simile, proportionale, atque eiusdem generis. Quo fit, Corolla. perperam censere qui dicunt, segregari & separari inde elementa veluti è cumulo lapidum: item & eos, qui per integram transmutationem fieri mixtionem docent: nam imperfectè in modum quendam substantiæ medium conuertuntur: quare manere dici possunt: ob quam etiam rationem in eam perfectionem qua defraudata erant posse redire. Aristoteli igitur vitio vertendum nõ est, quòd suam sententiam non apertè exposuerit, & de mixtione exactam rationem nõ reddiderit, cùm hæc quæ diximus omnia si aduertas (studiose lector) ex ipso Aristotele deducantur. Intelligesq; quomodo ad motum prædominantis elementi mixta moueantur, cùm aliquo modo elementa ipsa maneant. Item quomodo mixtum, compositum magis sit adhuc secundum substantiam, quàm ipsum eleméta. Nil ergo posthac hæc Arist. sententia nostra hac interpretatione aliquid difficultatis admittet, cùm luce clariùs, quid mixtio, & quomodo fiat, appareat. Nõ me præterit Augustini sententiã, Niphus explodit. atque aliorum etiam opinationes à proteruis, quibusdam commentitiis distinctionibus defendi posse. Fingũt enim formas quasdã nec informare nec inhærere, vt separatæ formę sunt: quasdã verò vt sunt animatorũ,

informare ſimul ac inhærere: quaſdam autẽ informare dicunt non tamen inhærere, aut è contrà inhęrere & non informare: quo modo in mixto elementorum formas manere dicunt, ob idq; ſpecificum eſſe nõ tribuere: tamen hoc non eſſet tantùm potentia ſed actu etiam manere, elementiq; forma inſtar accidentis maneret, eſſetq; in Commẽtatoris aſſertionem incidere. Plura alia in hãc opinionẽ adducuntur, quę quia facilia ſunt prætereo, & quia opinio nuſquam mihi fuit vero ſimilis. Minùs eriã probaui, optima ſtudioſorũ ingenia his & ſimilibus onerando miſera infectione deſtruere. Adducũt tñ pro ſe Ariſtotelẽ, qui dicũt formaliter manere. 7. Meta. tex. vltimo, vbi dicit: quoniã ex aliquo cõpoſitũ eſt, ſit vt vnũ omne, ſed non vt cumulus, ſed vt ſyllaba. Quare ſicut in ſyllaba (verbi gratia) BA, B & A formaliter manent, ita & elementa in mixto: ſiquidẽ apertè dicit Ariſt. nõ manere, vt lapides in cumulo, ſed vt elemẽta in ſyllaba. Nihil tñ illis Ariſt. fauet, quãdo dũtaxat agit de cõpoſitis quæ ſunt vnum per ſe, in quibus quęſtiones atq; diſciplinas propriè reperiri docet, ob idq; dicit ſcibilia eſſe vnũ nõ per accidens vt cumulus, ſed per ſe vt ſyllaba, vbi literę vnũ ſaltem ordinis efficiũt, vt milites in exercitu, & lapides & ligna in domo. Quare argumentũ hinc ad elemẽta ſumptũ neq; ex Ariſt. mẽte ſumitur, nec ſi ſumeretur eis faueret, cùm tãtùm illã ſcibilis vnitatẽ docere velit. Quid quòd? licèt qđ iſti ſibi aſſumũt Ariſtoteles intrẽdat, tamẽ ſimile ponit in ſyllaba, quod nõ deber eſſe omnino idẽ, ſed ſat eſt aliquã habeat cõueniẽtiam. Vult itaq; mixtũ ex elementis cõpoſitũ vnũ eſſe, nõ de numero eorũ quę ſunt per accidens vnũ, vt lapidum aceruus, qui ſecundũ quid vnũ dicitur: cùm ſyllaba hãc habeat perfe ordinis vnitatẽ, aliam etiam obſeruat conuenientiã atq; ſimilitudinẽ, & (ſcilicet) diſſoluta ſyllaba literę manent, quæ eius ſunt elementa: pari quoq; ratione mixtũ in elemẽta diſſoluitur. Neq; aliud Ariſt. intendit quàm mixtũ vnum eſſe per ſe, & in corpora ſimplicia, vt in prima elemẽta, reſoluitur: nõ enim contingit in infinitum abire. Ex hoc autẽ & conueniant ſimiliaq; ſint, inferre minimè licet, quicquid in ſyllaba (vbi literę formaliter ſunt) reperitur in mixto etiam reperiri: aliud enim eſt ſimile, aliud idem. Quibus noſtra ſentẽtia abundè cõfirmata videtur, quę multa in philoſophïa portenta deſtruit, quæ cõſultò prætereo, quòd nolim veſtras aures his figmentis, & inconcinnis gloſſationibus aſſuefieri: non ſolùm enim extortę ſunt, & in Ariſtotelem violentæ, ſed vim maximam bonis ingeniis inferre ſolent. Boni igitur cõſulito, ſi ſciens prudensq; illa monſtra fuerim prætergreſſus.

Argumẽtum.

Notanda ſolutio quę Ariſt. mentem aperit.

SVMMA CAPITIS.

Ponit Ariſt. in hoc cap. quæ ſunt determinãda, atq; dubitationis rationem: ſtatimq; duas ponit cõcluſiones, & poſt eas duas quæſtiones: quas dũ ſoluit Antiquos reĳcit philoſophantes. Deinde tribus poſitis poſtulatis, mixtionis naturã atq; finitionẽ colligit. Tandem per recapitulationẽ breui epilogo caput abſoluit, & vniuerſum primũ librũ claudit.

¶ Reſtat, vt de mixtione cõtemplemur, cõſideremusq; quid mixtio, quid mixtile, & quo pacto cõpetat, & vtrum ſit mixtio. Nã eſſe non poſſe probari videtur: quia ſi mixtilia manent, nõ magis nũc quàm antè ſimiliter ſeſe habentia miſcebũtur: nõ manentibus verò atque corruptis, mixtio nõ erit appellãda, ſed corruptio: nõ enim ea eſſe mixta dices, quæ omnino in ratione rerum nõ ſunt. Perſpicuũ enim eſt, mixtionem ab alĳs motibus differre: à generatione quidẽ, quoniã forma omnino manet, à corruptione etiam, & prorſus deſinat eſſe, nemoq; dixit formã materiæ miſceri: ab alteratione, augmẽtationeq; ſimili ratione, quoniã alimẽtũ atq; affectiones miſceri nõ dicimus, neq; ſicut elemẽta ipſa ſeparabilia ſunt. Quę igitur mixta ſunt quodammodo (hoc eſt actu) non ſunt, ſed potẽtia: quippiã enim eorũ erit quod antequã miſcerẽtur fuerat: nam quę miſcẽtur, & prius ex ſeparatis coiſſe, & poſſe rurſũ ſeparari videmus. Idcirco, qđ ratio prius addubitabat, neq; permanere

Proponũtur determinanda.

Dubitandi ratio.

1. Cõcluſ.

2. Cõclu.

permanere actu, aut omnino corrumpi demonſtrat, cùm eorum uirtus atq; potentia ſalua maneat. Dubitationẽ ediſſeramus oportet, vtrum mixtio quippiã ex minimis ſecundum ſenſum ſit. Rurſum, ſi fiat, eorum quæ mixta ſunt, particula qualibet iuxta quanlibet poſita. Igitur illo modo mixta eſſe, vt cùm hordacea grana frumentaceis apponũtur, non contingit: nam quæ miſcentur, ſuã adhuc non retinẽt naturam: cõpoſitioq; potiùs eſſet quàm temperatura. Præterea mixtum quodlibet ſimilium partiũ eſſe oportet, vt quemadmodum quælibet pars aquæ aqua eſt, ita mixti quælibet pars ſit mixta. Non igitur mixtio erit, mixtibilibus minimis ſecundùm ſenſum diuiſis. Neque adhuc diuiſione mixtio continget: cùm fieri nequeat, vt corpora ſic prorſus diuidantur, vt quælibet pars vnius iuxta quanlibet alterius poſita ſit. Rurſus à principio inchoantes dicamus, quo pacto mixtio fiat. Mixtio igitur non erit eorum quæ inuicem actiua & paſſiua non ſunt: nimirum quibus materia eadem non eſt: medendi nanq; ſcientiam ſanitati miſceri non dicimus. Quæ miſcentur actiua & paſſiua, facileq; diuiſibilia ſunt, magnitudine atque multitudine commenſurata: multa ſiquidem paucis, & magna paruis admota mixtionem minimè faciunt, ſed eius potiùs quod euincit accretionem, vt gutta vini mille amphoris aquæ immiſſa. Cùm verò potentias habent æquales, ea ratione vt vtrũque ex ſua mutatum natura in alterũ non tranſeat, ſed in commune inter vtrunq; medium deſinat, mixtio fit: æquata enim potentiĳs à ſua natura non tranſmutãtur, ſed idem medium, quod extremorum naturam referat, cõtemperabunt. Quare parua paruis, & liquida quę termino alieno facilè terminantur, magis ſunt miſcibilia. Patet igitur, mixtionem eſſe mixtilium alteratorum vnionem: atque mixtionem eſſe: & quã ob cauſam: & mixtilia corrupta ſimpliciter non eſſe: neque per compoſitionem diuiſionémue, aut minimis ad ſenſum non contingere. De quibus nunc ſit hoc modo definitum.

1. Quæſt.

2. Quæſt.

Soluit quæſtiões & philoſophantium reiicit opiniones.

1 Poſtulatum.

2. Poſtulatum.

3. Poſtulatum.

Mixtiõis definitio.

Finis Libri primi.

DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE LIBER SECVNDVS.

Caput Primum.

Text.1. DE miſtione igitur, et tactu, & actione, & paſſione, quo pacto hiſce competant, quę natura mutationem ſubeunt: & inſuper de ortu, & occaſu ſimplici, abſolutoq; qualiter fiat, cuius ſit, & quam ob cauſam: tum etiam de alteratione quid ſit alterari, & quam quodq; eorum habeat differentiam, dictum eſt. Reſtat vt circa ea, quę elementa corporum
Text.2. appellantur, cõtemplemur. ¶ Nã generatio, & corruptio, ſubſtantijs omnibus quę natura conſtãt, haud ſine ſenſibilibus corporib⁹, competunt. Quorum ſubiectam materiam quidam vnam eſſe aiunt, eam aërem, aut ignem, aut quippiam inter hæc mediũ quod & corpus ſit, & ſeparabile ponentes. Quidam numero plures vna: alij enim ignem, & terram: alij & hæc, & tertium aërem: alij & aquã inter hæc quartam vti Empedocles: ex quibus concretionem, ſecretionémue, aut alterationem ſubeuntibus, ortum atque occaſum rebus ipſis cõtingere dicũt.

Text.3. ¶ Quòd igitur prima ipſa, principia, elementaq; probè dicantur, ſit in confeſſo: ex quibus ſi aut cõgregatione, ſegregationéue, aut alia mutatione trãſmutentur, generationem fieri contingat, atq; corruptionem. Sed qui vnam vltra ea, quæ ſunt dicta, materiam faciunt, eamq; corpoream, atque ſeparabilem, errant. Nam fieri no poteſt, vt corpus hoc cùm ſenſibile ſit, ſine contrarietate exiſtat. Etenim infinitum hoc, quod nõnulli principium eſſe dicunt, aut leue, aut graue, aut calidum, aut
Text.4. frigidum ſit, neceſſe eſt. ¶ Quod autem in Timæo eſt ſcriptum, nihil habet certi, definitiq;. Nã nec ille planè dixit, an id quod omnia ſuſcipit ab ipſis ſeparetur elementis, nec vllo vti ſolet, cùm tamen priùs dixerit, illud vocatis elemẽtis, vt aurum aureis operibus, eſſe ſubiectum: quanquam id non rectè dicitur, ſi hoc dicatur modo. Sed quorum eſt alteratio ea ita ſe habent: quorum verò generatio, atque corruptio, ea ex nomine eorum ex quibus fiunt, appellari impoſſibile eſt. Atqui longè veriſsimum eſſe inquit, dicere

quodque

Text.5. quodque aurum eſſe. ¶ Verùm cùm ſolida ipſa elementa ſint, ad plana vſque reſolutionem facit. At primam materiam eſſe plana ipſa, de numero eorum eſt, quæ
Text.6. fieri nequeunt. ¶ Nos autem ſenſibilium corporum quandam eſſe materiam dicimus, ſed eam ſeparari non poſſe, ſed ſemper eſſe cum contrarietate, ex qua elemẽta vocata fiunt: de quibus alibi exactiùs eſt diffinitum, atq; pertractatũ. Verùm enimuerò cùm ad hunc modum ex materia corpora prima cõſtent, de hiſce quo que determinemus oportet: ſupponentes materiam inſeparabilem quidem, ſed contrarijs ſubiectam principium, atq; primum eſſe: non enim calor frigori, nec frigus calori, ſed quod ſubijcitur, vtrique materia exiſtit. Quare primò, quod potentia ſenſibile corpus exiſtit principium eſt. Deinde contrarietates ipſæ, ceu calor, & frigus. Poſtremò ignis, & aqua, & quę ſunt eiuſmodi: hæc enim in ſeſe tranſmutari ſolent: nec res perinde habet, vt Empedocles, & cęteri aſſerunt: non enim eſſet alteratio. At contrarietates ipſæ, tranſmutari in ſe non ſolent. Verùm nihilominus & vt corporis ſunt, qualia, & quot principia ſint, dicamus oportet. Nam cæteri ſuppoſitis vtuntur, nec curtalia ſint, aut tot numero, dicunt.

¶ Diſputatum abundè de motibus ad formã in commune eſt, etiam de vocatis elementis vniuerſim determinatum: ſingulatim ergo & ſpeciatim deinceps de eiſdem differendũ nobis eſt. Quæ (videlicet) ſint elementorum principia: deinde de eorum tranſmutatione: tum etiam de mixtorum cõuerſione: adhæc de cauſis vniuerſalibus alterationis & corruptionis, & in vniuerſum cuiuſcunq; trãſmutationis. De elementis enim in libris de Cœlo certiùs à nobis cum Ariſt. examinatũ eſt, non ſolùm quia vniuerſaliori methodo, quæ certior eſſe ſolet, ſed etiam quòd in ordine ad vniuerſaliora quæſita expenſa & excuſſa ſunt. Verbi gratia, quatenus ſecundum locũ mobilia, conſiderata ſunt: vt partes etiã mundi ſecundũ ſpeciem dicuntur, atq; ſecũdùm quòd habitudine quadam ad vniuerſum figuram ſortiuntur: quę accidens eſt, atque rerum corporearum per ſe affectio. Sũt enim conſiderata in ordine ad cœlum, à quo cœleſtes admittunt influxus, atq; certos ſitus ſortiuntur, & poſident regiones. Quæ omnia nõ tantùm quòd vniuerſaliora ſint, ſed etiã, quòd in ordine ad cauſas minùs deficientes conſiderabantur, magis certa ſunt. Præſens autem conſideratio, de elementis quatenus ſecundũ formam tranſmutantur, alterãtur, corrumpuntur, & miſcentur, eſt. Quam ob cauſam minùs erit exacta, minusq; de articulatis ea potiſsimum de cauſa quòd in ordine ad materiam, quę eorum omnium cauſa eſt, conſiderantur: ob idq; meritò minùs certa, & magis indefinita cenſenda ſunt: idcirco pauciora de ipſis hoc loco determinat. Alia ſanè methodus erat ſecundum formã: quoniam conſiderabatur natura elementi non tam in ordine ad materiam quàm in ordine ad formam, id eſt principia magis formalia. Hîc autem licèt tranſmutatio ſecundũ formam tractetur, veruntamen materialis eſt conſideratio: quare minùs certa atq; exacta. Quocirca ſublatis è medio, toties vſque ad nauſeam connumeratis antiquorum opinionibus, ſuam Ariſtoteles firmat ſententiam: & de materia mentionem facit, quæ elementorum materiale principium eſt. Et quas conditiones de ipſa variis in locis probauit, iam nunc breuibus quaſi recapitulando perſtringit: nimirum vnam eſſe omnium corporum ſenſibilium materiã, deinde ab actu & contrarietate minimè ſeparabilem. Eſt enim ipſa ſubiectum ſubiectorum, atque (vt ſuprà retulimus) mera & pura potentia, ob idq; ſi-

Argumẽtum ſiue lib. 2. Scopus.

Diuerſa ratione atque certitudine elementa hic atq; in libris de Cœlo cõſiderata.

De materia multa pronũciãtur.

ne actu subsistere minimè valēs: qua de causa propriè & simpliciter elementum est: nam quatuor nostra elementa (vt hoc loco, atque primo Meteororum dicitur) non simpliciter elementa, sed vocata elementa nuncupat Aristoteles. Itaq; cùm materia à contrarietate non separetur, & ratione atq; sensu compertum sit elementa corpora esse, materia cōstabunt. Non enim dices, simplices esse actus atque formas: neq; puræ potentię elementa dicenda sunt, cùm constet ipsa actiua esse, & actio omnis à forma proficiscatur. Coagmētata igitur erunt ex vtroq; : eisq; subdita erit materia, quòd non separetur: nam separatā si ponas, non ens subsistere sequetur: neq; esset sine forma materia sensibilis, ab omni enim forma licèt successiuè separetur, nunquàm tamen est sine forma. Quæ tamen pro expositione capitis, atque summa etiam dicta sufficiant: non enim decreuimus in his antiquorum erratis diutiùs quàm par sit hærere.

CAPVT. II.

Text. 7. ¶ Cùm igitur corporis sensibilis, hoc est tāgibilis principia disquiramus, sensibile autem sit, quod tactu sensum facit, constat non omnes corporis contrarietates, species, & principia facere, sed eas solùm quæ sub tactum cadunt. Nam contrarietate, eaq; tangibili differunt. Quocirca nec albor, nec nigror, nec dulcedo, nec amaritudo, nec item cęterarum quicquam contrarietatum elementū facit. Atqui visus, tactu prior est: quare & quod ei obijcitur, prius erit. Verum non est corporis tangibilis affectio quatenus tangibile existit sed per aliud, quāquàm natura prius est.

¶ Primo libro (nisi me memoria fallit) diximus, hoc secūdo libro de eisdē elemētis per rationes & definitiones acturum Aristotelem: qui ab ipso, libro. 2. Posterioris Analyseos, positus est atq; traditus secundus scien di modus: quanuis non prorsus absq; demonstratione enunciatiua, & definitiua methodo, elementorum naturas atq; contrarietates versęt Arist. cuius rei veteres incusarat. Idcirco magno artificio præsentem elementorum aggreditur disquisitionem. Cùm itaque dixisset cōtrarietates principia esse, ampliùs est dicendum quot, & quæ, quales, quantæq; cōtrarietates illę sint: qua in parte ab illis peccatum est. In cuius rei demonstrationē, tria dixit rerum naturalium in facto esse principia: vt priuationem ipsam abiiciamus, quæ ad fieri potiùs quàm ad esse spectat. Primū est materia ipsa, de qua satis ex primo libro Physi. præcedenti libro cap. 3. disseruimus. Secundū forma est, quæ per contrarietates intelligitur: loquitur enim in præsentiarum Arist. indistinctè, neque distinguit inter prima contraria vt accidentia sunt, atq; vt sunt substantiæ. Tertium autem principium est, quatuor ipsa simplicia corpora: quæ, ex ipsa prima materia contrarietates assumente, fieri dixit. Quare rectè nunc specificè & particulariter has quęrere instituit cōtrarietates, quas materia in se recipiens, corpora simplicia efficitur. Vnde docet in præsentia in vniuersum de corporis sensibilis principiis minimè determinari, quia non visibilis audibilisue, sed tangibilis. Ergo non omnes cōtrarietates, sed quę secundùm tactum sumuntur, corpora quatuor simplicia constituere est asserendum. Siquidē quatuor primę qualitates (sicut & corpora illa) inuicem sunt actiuę & passiuę: atque secundùm communissimum sensum tactus, communissimas etiā oportet differentias inuestigare. Nam visus licèt perfectior & nobilior sit natura, atque dignitate prior, communior tamen atq; subiecto prior (vt cēsetur tactus) non est: substernitur enim omnibus sensibus tactus, cuius contrarietates reliquarum contrarietatum causę sunt atq; principia. Cùm ergo per has tactiles contrarietates cognoscantur atq; distinguātur elementa, fit eorum esse principia cognoscendi, de quibus meritò agendū sit.

Tria principia.

Tāgibiles qualitates solę sunt elementorū principia.

Text. 8. Porrò ipsorum tangibilium qualesnam sint primæ differentiæ, & contrarietates, distinguamus oportet. Sunt autem tangibiles cō

trarietates, hæ: calidum, frigidū: siccum, humidum: graue, leue: durum, molle: viscosum, aridū: scabrum, glabrum: crassum, tenue. Ex quibus, graue & leue, neque actiua sunt, neq; passiua: non enim quòd alterum quippiam agat, patiatúrue ab altero, dicuntur. At elementa ipsa inter se mutuò actiua sint, & passiua, oportet. Nam miscentur, & in sese vicissim mutātur. Calidum autem, frigidumq;: & humidum, ac siccū: illa quidem quòd actiua sint, hæc verò quòd passiua, dicuntur. Calidum enim, est quod ea congregat, quæ eiusdem sunt generis. Nam segregare (id quod igné facere aiunt) est cognata, & quæ eiusdem sunt generis congregare: accidit enim, vt aliena eximat. Frigidum verò, quod ex æquo cogit, ac congregat, tam quæ eiusdē sunt generis, quàm quæ diuersi.

Text. 9. ¶ Humidum autem, quod cùm facilè terminos suscipiat, proprio non definitur. Siccū verò, quod proprio termino bellè definitur, alieno ægrè.

¶ Quoniam in sensu tactus non una est contrarietas, sed varię: quæ aliarum causæ sint in quibus aliæ contineantur indagare oportet.

Septē tactus contrarietas.

Prima contrarietas est calidum & frigidum, secunda humidum & siccum, tertia graue & leue, quarta durum & molle, quinta lentum & aridum, sexta asperū & lene, septima crassum & tenue.

Quęstiūcula.

Quæres, quare rari & densi cō trarietatem omisit? Quoniam iuxta Alexandrum ad graue & leue reducūtur, iuxta Philopo. ad crassum & tenue: meliùs tamē mea sententia, nō elemētares tantū & tactiles vocādæ sunt qualitates, sed cœlestes etiā, iuxta illud Arist. 2. de Cœlo, stella densior pars est sui orbis: aut quoniam fortasse qualitates nō sunt, vt in. 4. specie qualitatis Arist. innuit. Facta igitur hac contrarietatum enumeratione, earum differentias colligit, vt quę nostro instituto accommodatæ sunt, accipiantur. Quędam enim actiuę non sunt & passiuę, vt grauitas & leuitas: alteratione enim immediatè & per se grauitatem aut leuitatem non producunt: inutiles ob id erunt, vt secundū eas, elementa quę actiua sunt atq; passiua, sumantur. Eadem ratione asperum & lene meritò reiiciuntur. Tenue verò & crassum, molle & durum, lentum & aridum, in numero principiorum meritò non computantur, vtpote quę in humido & sicco (ad quæ reducūtur) implicitè cōtinentur. Igitur reliquæ duę contrarietates accipiendę sunt, quoniā actiuæ sunt atq; passiuę, & primæ, & in priores in quibus includantur minimè reducibiles. Quod Arist. demonstrat ex harum contrarietatum finitionibus. Calidū enim est quod cognata & eiusdem generis cōgregat: cui accidit quæ diuersi generis sunt disgregare. Frigidum verò contrà, congregat ex æquo & sine discrimine omnia. Humidum, quod bene est termini alieni susceptiuum, proprio autem malè definitur. Siccum autem cōtrà, quod bene terminatur termino proprio, malè tamen alieno. Reliquę autem contrarietatum differentiæ ex hisce sunt. Dices, hęc per proprias primasq; operationes distinguunt: ergo per eas debent definiri: quare per calefacere & frigefacere, humectare & exiccare, respectu quarum omnes sunt actiuę. Respōdet Philoponus verum esse, respectu cōtrarii atque propriarum operationum, quas maximè in sensu tactus explicant, actiuas omnes esse: at verò respectu mixti siccum & humidum, quę materiam subministrant, passiuæ sunt: calidum verò & frigidum formam conglutinando actiuę demonstrantur, vt laterum & vasorum compositio apud figulos ostendit. Itaq; ad generationem collatæ omnes actiuę, at verò ad mixtionem passiuæ quædam sunt. Qua verò ratione veniunt in mixturam per proprios actus, hîc ab Aristotele definitæ sunt: quod nos, cùm de actione mutua disputaremus, probauimus superiori libro, & hîc apertè Aristoteles testatur: quibus etiam Galenus. 14. de Vsu partium, &. 3. Methodi, aliisq; in locis apertè adstipulatur.

Argumētum.

Philoponus.

¶ Multifariam siccũ & humidum dici, ostẽdit. Nam est humidum vdum, quod alienam habet humiditatem, superficieq; tenus humescere dicitur: madidum autem quod in profundo. Quare vt siccum opponitur humido, ita vdo congelatum siue exiccatũ: madido autem, quod introrsus habet humiditatem, coagulatum aduersatur. Dubitat Alexander, quomodo ad humiditatem lenitas, ad siccitatem verò asperitas referantur. Cui occurrendũ est, lene (cuius partes inter se cõsentire atq; communicare videntur) ad humidum, quod æqualitatem sibi expoſcit, meritò reduci: at siccũ, quod bene termino proprio terminatur, suam videtur aspero, quod propria figura inæquale est, rationem communicare. Fortasse satius erit dicere, asperũ & lene actiuas non esse, neque adhuc qualitates, sed positiones quasdam: quare quæstio nulla erit, sint ne actiuę an passiuæ qualitates. Quo fit, calidum & frigidum, siccum & humidum, primas esse qualitatum differentias: vtpote ad quas cęteræ reducantur, ipsæ verò ad nullas priores. Neque adhuc inter se ordinem reductionis habere videntur. Nã si siccum (quod postremum dignitate est) ad cęteras vt priores referre velis, tunc sanè omne siccum calidum admittes: atque exinde cõcedas oportet, terram calidam etiam esse. Neque humidum sub calido cõtinetur, cùm aqua humida sit, omniq; caliditate destituta: aut in summo frigido calorẽ admittes. Neq; siccum adhuc sub frigido est, nisi velis ignẽ frigidum dicere. Neque eadem ratione humidum ad frigidum referes: cùm tamen aër, qui summè humidus est, frigore vacet & careat. Quare, licèt istę qualitates in alias reducantur, in quibus, sicut imperfectũ sub perfecto, continentur: tamen hæc reductio imperfectiad perfectum, non colligit ordinẽ reductionis vnius naturæ in aliam. Nam ex contrariis, quod imperfectũ est in alterum reduces: at sub illo non continetur, neq; ad illud reducitur: sed sine aliquo dependentię ordine atq; respectu vtrunq; primum dicetur, cùm alterius non sit causa. Sic igitur qualitates primę sese habeant, oportet: præsertim cùm simplices sint, quæ alias priores in suam compoſitionem non reuocant. ¶ Obiiciet quispiam, lucem, lumen, & influentiam, motumq; cœlorum, præsertim cùm horum inferiorum causę definiantur, priores esse. Deinde, cogimur ponere virtuales quasdã & innatas qualitates: quas, quotquot sunt iuniores, adstruunt ad reductionem rerũ in pristinum statum necessarias: quæ necessariò prio res erunt quatuor qualitatibus primis. Dicẽdum, Aristotelem hîc tex. 8. agere de primis qualitatibus, non simpliciter & absolutè, sed in genere: à quibus alię originem ducunt, & ipsæ nõ ab aliis. Itaq; de his determinat, quę actiuę & passiuæ cùm sint, generationibus sunt obnoxiæ. Lux autem atque lumẽ & cæterę alię cœlestes affectiones non sunt primę in genere, sed supra genus, quòd sint extra ordinem totius cõtrarietatis: quæ in mixtionem nequaquam vt cęterę descendunt. Idem etiam dicendum de influentia, si à motu, lumine distincta ponatur: motus enim cœlestis. 8. physico. tex. 1. omnibus, quæ natura subsistunt, vita ponitur. Vnde superuacanea videtur influentia: nã prout variè motus cœlestis configuratur atq; miscetur, varia est rerum inferiorum mixtio atq; cõmotio, vt. 2. lib. de Cœlo tex. 20. dixit Arist. A calore igitur, lumine, & motu, sola ratione differt influentia. Non sunt igitur rationes de primis quatuor qualitatibus sumptæ, ad illas transferendę, cùm istę primæ sint in genere sensibiliũ, ex quibus omnes alię effluunt, vt in hoc cap. &. 2. lib. de Partibus animalium cap. primo dicitur, vbi primorum corporum differentias eas appellat. Si ergo ex eo quòd elementa prima corpora dicuntur, cœlum non excluditur, quod simpliciter & absolutè primum est: ita ex hoc quòd has actiuas & passiuas in materia communicantes primas ponamus, cœlestes illas quę priores sunt non reiicimus: sunt enim analogicè & equiuocè priores. Et adhuc secundo de Partibus animaliũ cap. 1. refert, grauitatem & leuitatem posteriores esse alteratiuis, quanuis motus localis simpliciter prior sit: maximè quòd licèt grauitatis & leuitatis contrarietas prior esset, actiua contrarietas (de qua agimus) non est. Ergo omnium contrarietatum primæ sunt istæ duæ. De contrarietate autem rari & dẽsi vide Arist. 8. Physi. tex. 55. nam ex istis iã nũc positis etiam nascitur. Est enim idem obiectorum ordo, qui in potentiis esse perhibetur, nam potentia suam sortitur essentiã per ordinem ad obiectum: certum autem est, inter virtutes sentiendi priorem esse tactum, atque adeò etiam cõmuniorem: quid igitur mirum primas esse, eius duas calidi & frigidi humidi & sicci contrarietates, quæ rerum sensibiliũ principia sunt? Neq; obstat, quod 1. Physic. text. 50. Arist. dixit, contrarietates omnes

Dubitatio Alexãdri.

Corollarium. Quatuor esse qualitates primas.

Nota.

Quæstiũcula. 1 Ratio. 2 Ratio.

Ad primã de qualitatibus cælestibus.

Nota.

omnes in vnoquoq; genere ad vnam primã esse reducibiles. Nam in vnoquoq; genere vnam duntaxat esse primam cõtrarietatem, intelligitur de contrarietate largè, quæ secũ dùm habitum & priuationem est: quod nos ita fatemur: sed loquimur de positiuis contrarietatibus, quę duæ sunt atq; primę negatiuæ, quia neutra altera est prior neq; ab altera pendet, licèt calor cæteris sit perfectior.

Ad 2. de qualitatibus virtualibus.

Ad illud autem, quod de qualitatibus virtualibus proponitur: aduertendum, vsu sępe venire vt minùs exercitati philosophi, in dubiis maximis ad occultas quasdã proprietates recurrant, subsidiũ inde allaturi, quibus multa in philosophia mentiantur, & faciles alioqui difficultates fugiant. Auicénas cum Cõmentatore atq; aliis Neotericis, virtuales istas qualitates ab ipsis elementis minimè separabiles ponendas censent: quibus vt instrumẽto, excalfacta aqua vt se in pristinum statum restituat, vtitur. Sic etiam in eo qui phreniti dem passus est, vt ad suam redeat vel ingenii hebetudinem, aut mentis perspicacitatẽ, intimis quibusdam qualitatibus, sensibus minimè exploratis opus esse docent. Quod falsum nobis videtur, cùm res omnes per suas agant formas, patiantur per materias, præter quas nullã intelligimus natiuam qualitatem nisi naturalem potentiam aut impotentiam, de qua loquutus est Arist. in Prædicamentis, &. 5. Meta. cap. de quali. Ergo præter naturales potentias aut impotentias, nullę sunt virtuales qualitates ponendę. Quid? quòd si gratis eas concedamus, in propria quidẽ subiecta agere daremus. Rursum, prima radix alterationis non esset qualitas prima actiua. Præterea, in vino qualitas esset virtualis simul frigefactiua & calefactiua, cùm calefactũ ad suam naturalem, quã sibi naturaliter determinat, redeat frigiditatem. Insuper ad actuationem non requireretur dissimilitudo & actualis contrarietas, contra id quod ex Aristotele determinauimus primo lib. huius cap. 7. Tandem, experimur piper (verbi gratia) nullum corpus calefacere nisi per attritionem & frictionem, quibus actuatum ad calorem permutatur: aliquam igitur affectionem priùs recipiat oportet: quæ non est sola contritio, nam in æneo mortario contritum ipsum non calfacit, tamen si corpus cui admouetur calidũ sit, calidius redditur: quod euidenti argumento est, priùs affectionem aliquam pati atque actuationem, quam à frigido recipere non valebat: à nostro igitur calore calidum actu redditur, nosq; recalfacit. Non igitur aliud sonat potentiã calidũ esse, nisi aptum & suapte natura idoneum esse, vt actu calidum fiat: vt paleæ, aristæ, stupæ potẽtiam habent vt facilè comburantur. Ab eodem igitur calore nostro caloris sumit initiũ & commutationis. Opium igitur frigidum, & absynthium calidum, ex eo dicimus, quòd apta sunt illud vt refrigeretur, hoc vt incalescat: non ergo ab aliqua qualitate virtuali, nisi priùs ab extrinseco principio commutationes & actuationes subeant. Frigus igitur à frigore, & calor à calore producitur: & illa mutabilitas siue aptitudo vt transmutentur, nihil aliud est quàm potentia, aut per cõtrarium impotentia naturalis. Atque res naturales proprietate non agunt sed calore aut frigore. Illa verò quæ in argumentis peruntur, à generante fiunt, vt alibi latiùs exposui mus. Nam hæc figmenta atque monstra minimè sunt in philosophia ferenda.

Auicénas & Auerroës.

SVMMA CAPITIS.

In hoc capite ponit Arist. duas conclusiones: ad primam vnum corollarium, ad secundam verò duas rationes.

¶ Cùm igitur corporis sensibilis, hoc est tangibilis, principia disquiramus: constat eas solùm contrarietates, quæ sub tactum cadunt, elementorum principia & species facere. Quocirca nec albedo & nigredo, nec amaritudo & dulcedo, neque item cęterarum contrarietatum quicquam elementum facit: neque graue aut leue, quæ actiua & passiua non sunt. Sunt autem qualitates tãgibiles hæ, calidũ & frigidum, humidum & siccum, graue & leue, durum & molle, viscosum & aridum, asperũ & lene, crassum & tenue. At elemẽta, quæ inuicem actiua sunt atque passiua, secundùm duas primas contrarietates, calidi (nempe) & frigidi, humidi

Cóclu. 1.

Corolla.

2. Cóclu.

atq;

atque ſicci, quę actionis principia ſunt,
1. Ratio. *ſumi oportet. Nam elementa, quæ actiua ſunt atque paſſiua, principia ex his qualitatibus nanciſcantur oportet: quę actionis atque paſſionis principia ſunt: at calidum & frigidum (quorum illud congregat, iſtud verò diſgregat) actiua ſunt: humidum autem & ſiccum (quorũ illud malè termino proprio, hoc autem bene terminatur) paſſiua ſunt. Rurſum contrarietates aliæ*
2. Ratio. *ad has ipſas reducuntur, & has nõ amplius in pauciores reduces. Neq; enim calidum id eſt, quod humidum aut ſiccum: neque humidum quod calidũ, aut quod frigidum eſt: neque frigidum & ſiccum ſubalterna ſunt, neque ſub calido & humido ſtruuntur. Quare quatuor eſſe has eſt neceſſe.*

CAPVT. III.

Text. 16. ¶ Cùm autem elementa ſint quatuor, & eorum quæ ſunt quatuor ſex ſint copulæ, contraria autem ſimul copulari non poſſint (calidum enim & frigidum: & rurſum ſiccum & humidum idem eſſe, eſt impoſſibile) conſtat quòd elementorum copulæ quatuor erunt: nempe calidum, & ſiccum: calidum, & humidum: rurſum frigidum, & ſiccum: frigidum, & humidum: atque hæc corpora ea quæ ſimplicia videntur eſſe, ignẽ inquam, aërem, aquam, & terrã, ſecundùm rationem comitari, ac ſequi ſolent. Nam ignis, calidus, ſiccusq; eſt. Aër verò, frigidus, & humidus: nã aër, velut vapor eſt. Aqua, frigida, humidaq;. Terra frigida, atque ſicca. Vnde fit, vt differentiæ illæ non iniuria primis corporibus diſtribuantur, & iuxta rationem eorum numerus cõſtet. ¶ Omnes enim & qui ſimplicia corpora elementa faciunt, alij vnũ, alij duo, alij tria, alij quatuor eſſe volunt. Qui igitur tantũ vnum eſſe dicunt, deinde denſitate, & raritate cætera generant: hiſce duo principia facere: rarum inquam, & denſum: aut calidum, & frigidum accidit: hæc enim opificis munus obeunt: vnum autem ſubijci ſolet ſicuti materies. Text. 17.

Text. 18. ¶ Qui verò continuò duo, vt Parmenides, ignem, & terram, faciũt: quæ inter hæc media ſunt, ceu aërem, & aquam, horum miſturas eſſe aſtruunt. Text. 19. ¶ Eodem modo & qui eſſe tria inquiunt, quemadmodum Plato in diuiſionibus: medium ſiquidem, miſturam, cõgeriemq; facit. Atque eadem ferè dicunt, qui duo & qui tria faciũt: verùm illi medium in duo ſecãt: hi verò vnum faciunt medium. Porrò nonnulli ſtatim quatuor eſſe aiunt, vt Empedocles. Cogit autẽ & hic illa, in duo: nam igni, cętera omnia cõtraponit. Text. 20. ¶ Ignis autem, & aër & vnumquodque eorum, quę dicta ſunt, haud quaquam ſimplex eſt, ſed miſtum. Quæ verò ſunt ſimplicia, talia quidem

quidẽ ſunt, nõ tamẽ eadẽ: vt quod igni ſimile eſt, igneũ, nõ ignis: & quod aëri, aëreũ, nõ aër exiſtit: ſimili modo, & de cæteris quoq; dicendũ eſt. Text. 21. ¶ Ignis etiã caloris eſt exceſſus: perinde vt glacies, frigoris. Nam cõgelatio, & feruor, exceſſiones quędam ſunt: illa quidẽ frigoris, hic verò caloris. Igitur ſi glacies, humidi, & frigidi congelatio ſit: & ignis, calidi, & ſicci feruor erit. Quãobrẽ, nec ex glacie gigni quicquã, nec ex igni poteſt.

Vtriuſq; capitis argumentũ cõnectit. ¶ Poſitis duabus contrarietatibus (quas diximus nõ tãtùm diſtinguẽdi atq; cognoſcẽdi, ſed etiã cõſtituendi principia intrinſeca eſſe, ea potiſsimũ ratione, qua corpora naturalia phyſica & ſenſibilia ſunt adinuicẽ actiua atq; paſſiua) eorũdẽ elemẽtorũ numerũ, ex eiſdẽ principiis venari inſtituit. Quãobrẽ, cùm in duabus cõtrarietatib⁹ quatuor ſint extrema, totidẽ numero eſſe elemẽta oportebit. Quocirca ex duabus illis cõtrarietatibus quatuor cùm reſultẽt qualitates, quę ſunt earũdẽ cõtrarietatũ extrema: ſex cõbinationibus cõiugari poſsũt. Quarum cùm duæ ſint inutiles, reliquę quatuor, per quas elemẽtorũ numer⁹ ſumitur, vtiles ſupererũt: calidũ nẽpe & ſiccũ ignem cõſtituentia: calidũ & humidũ aërẽ: frigidum & humidũ aquę: frigidum & ſiccum terrę principia ſunt.



¶ Non igitur iniuria iuxta numerũ coniugationũ, differentia atq; numerus elementorũ diſtribuetur. Superiùs enim libro. 1. cap. 9. determinatum reliquimus, contrarias qualitates ſimul eſſe poſſe, ſed non niſi gradibus adęquantibus latitudinem: ergo calidum & frigidum nullius elementi eſt coniugatio. Nam cùm vtraq; qualitas in ſummo eſſe non poſsit, erit infra ſummũ: at cùm etiam ſimul nequeant eſſe ambæ vltra gradũ mediũ, elementũ profectò non denominabunt nec cõſtituent, cùm elementũ quodq; ſimplex ſit, quod duas qualitates ſimplices vltra mediũ expoſcit: ergo nullius elementi erit combinatio. Idem etiam dicendum de ſiccitate & humiditate, quæ ad conſtitutionem corporis ſimplicis minimè cõueniunt. Quo fit, Corolla. vnumquodq; ex elementis vnam vendicare ſibi qualitatem in ſummmo, alteram verò prope ſummũ. Nam ignis ſummè calidus, prope ſummum ſiccus eſt: aër in ſummo humidus, calidus verò prope ſummũ: aquę ſumma eſt frigiditas, humiditas autem ferè ſumma: terra ſicca eſt in ſummo, prope ſummum verò frigida. Nõ eſt igitur aliud ſimplex corp⁹ poſsibile, ſicut impoſsibilis etiã eſt omnis alia primarũ qualitatũ coniugatio. Quod nõ ſolùm hac prædicta ſufficiẽti enumeratione & quaſi experimento, ſed etiã antiquorum conſenſu probat: quorũ quidã vnum, quidã duo, alii tria, nullus præter Empedoclem quatuor poſuit elementa: argumento igitur eſt, veritate ipſa coactos numerum quaternarium non exceſsiſſe. Vnde meritò qualitates quatuor primas, quatuor elementorum principia eſſe conſtat. Dices, ex his atque Dubitatio, an qualitates ſint formę elemẽtorum. ex dictis proximè prędcedenti capite ſequi, has qualitates formas eſſe ſubſtantiales elementorum, quòd principia ſint eorũ formalia: quod Alexãder (quẽ meritò reprehendit Auerroës. 8. Metaphy. tex. ς.) aſſeruit: falſum tamen eſt. Quod nos text. 8. huius cœpimus dicere: ſed quia memini. 4. Cœli cap. 4. id me pollicitum fuiſſe, oportet rem breuibus exponamus. Principio, certo certius debet eſſe, calorem qui mixtorum accidens eſt, quaſi mutata natura elementorum ſubſtantiam non eſſe: nam quod ſemel per ſe eſt nulli accidit, primo Phyſi. tex. 27. Item contra Ariſtotelem in Prædicamentis, atque. ς. Phyſicorum, ſubſtantiæ aliquid eſſet contrarium, non denominatione extrinſeca ſecundũ accidẽs, ſed intrinſecè. Tũ etiã ſubſtãtia intẽderetur: ad quã etiã eſſet per ſe mot⁹.

Adhæc ſubſtantia per ſe eſſet tangibilis, atq; adeò ſenſibilis, contra quàm Ariſto. lib. 2. de Anima tex. 65. cenſet. Rurſus non ſolùm ſuſciperet magis & minùs, ſed ſubſtantia per ſe ageret, contra id quod ſuperiùs determinauimus, nihil agere niſi quatenus eſt contrarium. Quo ſenſu negauit Ariſt. lib. de Senſu & ſenſato, ignem inquantum ignem agere, quòd videret ignem nullam habere ſecundũ ſubſtantiam contrarietatem, cuius merito omnis naſcitur actio. Eiſdem argumentis grauitatem & leuitatem (de quibus. 4. Cœli am bigebamus) colligemus formas ſubſtantiales non eſſe. Sed ea ratione qua tex. 8. diximus, principia ſunt formalia: & vt initio cap. huius dicebamus, non diſtinguendi modo verùm eſſendi, non in eſſe tamen naturali ſubſtantiali, ſed in eſſe phyſico ſenſibili, quatenus actiua & paſsiua ſunt, qua ratione in mixturam deſcendunt. Exemplo eſto lux, quæ non eſt principium & ſubſtantia aëris, vt aër eſt: eſt tamen forma & principium eſſendi aëris, vt diaphanus eſt. Sed vt eò vnde digreſsi ſumus regrediamur, Ariſt. pergit in numero quaternario elementorum conſtituendo, enarratq; iterum Antiquorum de numero elementorum poſitiones, ſiue eo animo vt ſuam confirmet opinionẽ, aut eo potiùs conſilio, vt poſita & iam cõfirmata doctrina, eorum aſſerta confutentur & euellãtur. Quicquid autem ſit, certum eſt illas enarrare. Firmum etiam eſſe debet ex enarratione, tribus potiſsimũ Ariſtoteli cum antiquis conuenire. Primò, quia omnes plura poſuerũt principia: nam & qui vnum poſuerunt, plura formalia addiderunt, vt calidum & frigidum, rarum & denſum, &c. Deinde, quia ſiue vnũ ſiue plura ſtatuerint principia, aliquã cõtrarietatem confeſsi ſunt. Poſtremò, quia licèt plures à quaternario numero defecerunt, illum nemo tranſgreſſus eſt.

Nota.

Perpende

Et vtraque etiam, vtriuſque contraria ſunt. Nam igni, aqua: aëri verò terra aduerſatur: hæc enim contrariis affectibus conſtant. Text. 23.

¶ Verũ enimuerò cùm ſimpliciter quatuor ſint, quodque vnius eſt. Terra ſiquidem, ſicci potiùs eſt, quàm frigidi. Aqua verò frigidi magis, quàm humidi. Aër, humidi magis, quàm calidi. Ignis, calidi magis, quàm ſicci.

¶ Quatuor eſſe elementa, ex locorum numero deducit Ariſt. Sunt etenim loca ſurſum atque deorſum, inter quæ duo alia media loca ſunt: quatuor igitur exiſtentibus locis, corpora ſimplicia, quæ in eis collocari debent, quatuor etiam eſſe oportet. Quę amplius lib. 1. &. 4. Cœli examinauimus: non igitur opus eſt eãdem cantilena tempus & operam perdere. Abſoluit itaq; caput, & probat quatuor eſſe ſimplicia corpora, quorum quodq; ſimpliciter vnius qualitatis eſt. Nam etſi binę ſingulis elementis inſint, inæqualiter tamen, vna ſumma, altera prope ſummum exiſtente: quod initio capitis patefecimus.

¶ Huius capitis ſcopus & intentio eſt, quaternarium numerũ elementorũ ſtatuere. Quod quanuis certiſsimum ſit, cõmuniq; omnium conſenſu, tum etiã Ariſto. teſtimonio approbatum, dupliciq; demonſtratione, altera ex qualitatibus alteratiuis, altera ex motiuis petita, demõſtratum: tamen nõ deſunt qui impugnent, vt Cardanus qui ignẽ negat: cõtra quẽ. 4. Cœli diſputauimus. Alii ex Ariſtoteleis ſunt, quibus nõ probantur Ariſtotelis rationes. Nam ratio text. 22. poſita, ex eo quòd quatuor ſunt loca, nil probat, cùm tantũ duo ſint ſimpliciter loca, alia verò duo ſecundum quid, atque ſecundũ magis & minus tantùm differentia: ergo non variant ſpeciem, atque adeò differentia ſpecifica elementorum non colligetur. Alia verò demonſtratio ex eo redarguitur, quoniam plures poſſunt eſſe vtiles combinationes, quàm ab Ariſtotele recenſentur: nam licèt calidum & frigidum, humidum & ſiccum, combinationes inutiles ſint, ſunt tamen aliæ, vt ſummè ſiccum & propè ſummũ calidũ: item ſummè humidũ & propè ſummũ frigidũ: quę vtiles videtur, vt elementum

Quaternarius eſt elemẽtorũ numerus.

Argu. 1.

2. Argũ.

Tex. 22. ¶ Cùm autem ſimplicia corpora ſint quatuor, è duobus vtrunque vtriuſq; locorum eſt. Ignis enim & aër, eius qui ad ſuperficiem, terminumq; vergit: terra verò & aqua, eius qui ad medium. Atque ignis, & terra, extrema quidem ſunt, & ſynceriora: aqua verò, & aër, media & miſta magis.

elementũ conſtituant à prędictis diuerſum.

Ad. 1. Dicendum, Ariſtotelem velle quatuor eſſe loca ſpecificè differentia, quæ licèt nõ omnia vt extrema differant, tamen vt media differre eſt neceſſe. Et plura eſſe nõ poſſe, grauitas atque leuitas probant, vt. 4. Cœli oſtendimus: vbi diximus, grauitates grauium, ſimiliter & leuium leuitates ſpecificè differre, quòd à cõiugationibus qualitatum alteratiuarum diuerſis promanent, atque tanquam à cauſa totali oriantur. Nec obſtat, terræ aut aquæ grauitati plura eſſe contraria: cùm alterum vt medium, alterum verò vt extremum opponatur, quo modo tantùm vnum vni contrarium eſt. A priori itaque differentias per has dictas circunloquimur. Cuius rei ſi plura deſideras, illum locum viſites rogo.

Ad. 2. De alteratiuis differentiis in præſentia ſermo eſt, quarum eſt (mea quidem ſententia) vrgentior demonſtratio: quoniam non ſunt niſi duæ contrarietates, & quatuor earum extrema duntaxat: quę ſimpliciter & ſummè cõſiderata, tantùm quatuor conſtituunt elementa. Vna enim eademque qualitas in duobus ſumma eſſe nõ poteſt: quare ſumma ſiccitas, quam ſemel ſibi vendicat terra, in alio propriè & naturaliter nunquam reperietur: ſimiliter etiam de alia combinatione humidi cum frigido dicendum. Quam quidem ſolutionem ad hanc tacitam obiectionem innuebat Ariſt. hoc cap. text. 23. cùm ſingulas qualitates primas ſummè & ſimpliciter ſumptas, non niſi ſingula elementa conſtituere, his verbis affirmat: Verùm enimuerò cùm ſimpliciter quatuor ſint, quodque vnius eſt. Nam ita dixit quodque vnius eſſe, vt intelligas, vnam eandemq; qualitatem ſummè ſumptam, duorum elementorum non poſſe eſſe naturam: ſecus vnum & idem primò & per ſe, atque ſecundùm quòd ipſum, duorum ſpecie differentium principium eſſet. Tantùm ergo ſunt quatuor qualitates primæ, & quatuor earum combinationes, quatuor quoq; motus recti ſimplices, loca quatuor. Non igitur elementa plura vel pauciora. Nã ſi infinita eſſent, totidem etiam eſſent naturæ, motus, & qualitates, locaque: quomodo ergo generatio ex infinitis fieri poſſet? Neque ſunt duo ſolùm, quia non vna ſola eſt contrarietas: neque tria tantùm, quia duę ſunt cõtrarietates: quatuor igitur, nec plura, nec pauciora ſunt, quæ pro natura vniuerſi, atque mixtorum conſeruatione ſufficere videntur. Neque obſtat, plura quàm quatuor eſſe mixta: nam multipli cari poſſunt mixta ex elementorum varia temperatura: elementa verò, cùm ſimplicia corpora ſint, quę primò & per ſe ad vniuerſi conſtitutionem ſpectant, mutari ita vt multiplicentur minimè poſſunt. Tandem, vt huic rei vltimam imponamus manum, ſciendum, bifariam elementa conſiderari: vno modo vt partes ſunt vniuerſi, qua ratione rectè motiuis diſtinguuntur qualitatibus, quę eorum ſunt differentiæ intrinſecę, quatenus ſecundum locum mobilia ſunt: alio modo vt miſcibilia ſunt, conſiderantur, & ſic elementa diſtinguũtur per alteratiuas qualitates, quę actionis atque paſsionis ipſorũ principia intrinſeca ſũt. Ni ſi velis dicere, non eſſe principia intrinſeca, ſed q̃ loco propriarũ differentiarũ, quas ignoramus, ſumãtur. Nil mihi curę eſt, modò aduertas hoc facilius eſſe, illud verò ſubtilius: cæterùm optionẽ tibi facim⁹, optime lector.

Diluitur obiectio.

¶ Ex hac quęſtione, altera cõtinuò ſuboritur dubitatio: an duæ illę qualitates, quas diximus ſingula elementa ſibi vendicare, ex æquo competãt, hac ratione vt ambę ſummæ ſint, an potiùs inæqualiter, ea ratione, vt quæ prope ſummũ eſt, integrã non ſortiatur latitudinẽ. Certum enim eſt alterã qualitatem, quam ſummam ponimus, ſimplicem eſſe, vtpote quam primo & per ſe elementum ſibi vendicat: alteram verò habeat opus eſt, ex eo quòd elementa reciproca quadam actione ſe inuicem tranſmutant: oportet igitur duplici prædita eſſe, altera actiua, altera verò paſsiua: illa quidem quaſi ad offendendum, hac autẽ vt ſe veluti clypeo, quo ictus omnes aduerſarii recipiat, tueatur. Prætereà neceſſum fuit elementa binis affici qualitatibus, nam vt. 4. Cœli expoſuimus, vnum elementum alterius locus eſt: vicina igitur elementa, aliqua qualitate cõmunicent oportet, & cùm tranſmutabilia ſint, altera differre eſt neceſſe. Ergo quodlibet elementum quod cuilibet alteri contrarium eſt, duas poſſidet qualitates, non tamen ambas ęquè primò: ſecus idem immediatè & per ſe naturas differentes ſequeretur: alterã igitur qualitatem primariò, alterã verò ſecundariò quodq; elementum ſibi determinat: ſiquidẽ impoſsibile oſtẽdimus, vnã qualitatem diuerſæ ſpeciei ſubiectis ęquè primò competere. Si igitur caliditas ignis eſt atque aëris, illiq; primò attribuitur: huic ergo non primò competat eſt neceſſe. Pari etiam proportione de, altis

An ambę qualitates in elemẽtis ſint ſũmæ.

cẽsendũ est:est enim aër primò & simpliciter humid⁹,aqua frigida,terra sicca: quod enim est primò tale,maximè tale ponitur ab Arist. 2.Meta.tex.4.Ergo qualitas quę primò competit simplex est,atque adeò in elemento naturaliter dispositio maxima atque summa: altera verò qualitas, quam sibi elementum secundariò determinat, propè summa ponitur. Quod à quibusdam sic interpretatur, vt eius latitudo integra nõ sit atque completa, atque adeò concedant oportet, ex his quæ cap.9.primi lib.diximus, impleri & absolui latitudinem à contraria qualitate: quod illicitè monstrauimus.Essent igitur elementa mixta,aut saltem simplicia non essent,plures; duabus qualitates exigerent,in sua naturali dispositione constituta: essent insuper omnia elementa symbola. Nõ igitur rationi consentaneum videtur,vt siccitas (verbi gratia)ignis,ea ratione propè summa appelletur, & sit remissior summa:nã si siccitas septẽ gradibus cõstaret, oporteret latitudinẽ vno humoris gradu impleri:vt prædicto loco ostẽdimus.Habet igitur quodq; elementũ præter summã illam qualitatẽ,quam simpliciter sibi determinat,alterã propè summam: nõ quòd admixtione contrarię qualitatis simplex & summa non sit, sed quòd illam elementum primò & per se non sibi vendicet,qua ratione non summa,non simplex dicitur. Non quòd contrarii ibidẽ inexistentis admixtione copuletur,sed cùm nõ sit adeò vt prior natiua & naturalis,eo quòd alteri elemento primò & per se cõpetit:fit,vt eius actiones atq; actiuitatẽ nõ ita iuuet subiectum ipsum elementum,vnde minor aut remissior alterâ apparet.Quoniam ignis naturalis potentia per calorem magis exprimitur,quàm siccitatem: quam ideo natura igni contulit,vt caloris limam quandam, quę ipsum acuit atque intendit,magisq; actiuum reddit. Non summa denig; dicitur,quoniam est propter aliã. Vnam ergo primò,alterã verò secundò petit vnũquodq; simplicium corporum: nã duabus qualitatibus naturâ diuersis,idẽ simplex corpus æquè primò non copulabitur.

An aër ea lidus sit, & humidior aqua

¶Dubitari potest,sit ne aër calidus,& quomodo calidum & humidum eius coniugationem probauerit Arist.Et prętereà an summè humidus sit,cùm sensibus constet humidiorem esse aquam.Latetq; nos caliditas aëris,& terra quàm aqua à cœlo distantior est: quapropter frigidiorem aqua esse oportet. Dicendum,ob hanc dubitationem Aristotelem,cùm inducebat elementorũ combinationes,solius aëris probationem apposuisse.Nã cùm nec caloré nec humorẽ aëris, sensibus experiamur,sensit ille meritò de hac combinatione dubitari posse. Idcirco probationẽ adiunxit,nam aër(inquit)velut vapor est, vt hoc sensibili exemplo quasi manuductione aëris coniugationem inspiceremus. Nã fuere Stoici,quibus placuit aërem frigidum esse,asseruereq; sola rarefactione ex aqua fieri: quod etiam Seneca.2.Quęstionũ naturaliũ retulit:neq; deest inter iuniores,qui hãc rursus suscitauerit opinionẽ. Aristotelis tamen sententia plana, perspicua, & facilis est.Primò ex coniugationibus : secundò ex aëris leuitate, quę nunquam nisi à calore proficiscitur: prætereà quia contermina & vicina elementa , vt sese inuicem collocent,aliqua qualitate necessariò communicant:cùm igitur aër cum igne, siccitate aut humiditate non conueniat, quę contraria sunt,superest calore conuenire. Argumento in cõtrarium non est,quòd flabello, vicissim accedente aëre, refrigeramur:nec similiter quòd respirando attracto aëre cor refrigeratur. Nam huius affectionis causa est,minùs calidum aërem esse iis partibus,quæ eius aduentu temperantur:maximè,quia cùm tenuis sit atque humidus, facilè permutatur , modoq; calorem modò frigus induit:est enim maximè passibilis,ob idq; nunquam purus reperitur.Sunt sanè elementa miscibilia , in suisq; qualitatibus alterabilia.Inductę etiã rationes aërem aqua humidiorem esse probant,quòd singulis elementis primò & per se singulas competere in excellentia qualitates docuerimus , alias verò secundarias quasi earum asseclas atque pedissequas : vt hac via quatuor qualitatibus quatuor etiam constituantur elementa:in quibus licèt altera qualitatum vigeat magis efficaciorq; sit,altera tamen minus efficax atq; actiua est. Quare & aqua magis humectare videatur,vel ex maiori eius densitate prouenit,quę actionem necessariò iuuat,atq; ob partium maiorẽ vnionẽ;siquidẽ virt⁹ vnita seipsa dispersa fortior est,vt ex Arist.7.Physi.text.37.vulgò deducitur.Vel ex multitudine formę, quæ penes multitudinem materiæ deprehenditur.Itaq; non ex natura , sed ex modo substantiæ illud accidit : quanuis semper in aëre plus sit de gradibus intensionis , sicuti & in flamma ignis , licèt ferrum magis igne actiuum sit. Sensum igitur decipi , iudicando aquam

Obiectio

aquam humidiorem,absurdum non est:cùm circũstantiis densitatis & multitudinis formæ,de quibus ipse nõ iudicat,decipiatur. Dices,si ergo aquę magis competeret frigiditas quàm humiditas,difficiliùs ergo humiditas non separaretur:quæ cùm magis inseparabilis sit,argumento est humidiorem quàm frigidiorem esse. Dicendum, minùs resistere frigiditatem, idcirco faciliùs separari:faciliùs enim caliditati cedit, humiditas autem magis resistit & passiua est. Prætereà caliditas, quę actiuior est , non solùm vincit faciliùs frigiditatem,sed adhuc aquę inhęrens suam magis exprimit vim & actionem:siccitas autem , quę infimæ actionis est , non ita facilè euincit humiditatem.Neque quandiu aqua est,sine frigiditate reperitur,nisi ꝙ magis caliditas sentitur:est enim frigiditas nõ minùs quàm densitas, ad aquę conseruationem requisita:imò densitatis causa atq; ratio frigiditas est.Quare non sequitur,nõ sentitur frigiditas(quę à caliditate opprimitur)ergo nulla est.De terra verò & aqua secundũ distantiam à cœlo,nullum sumitur argumẽtum,vt terram frigidiorem cõsiteamur.Libro enim 2.de Cœlo cap.vltimo ostendimus,secundũ naturalem situm terram & aquã,vnã sphęrã constituere.Neque potuí D.Thomæ distinctionẽ de elemẽtari & cœlesti frigiditate intelligere,aut quo pacto in elementis frigiditas cœlestis reperiatur.Sed asserẽdum, aquã frigidiorem secundũ gradũ,terram verò secundũ formam:habet enim plus de multitudine materiæ,ob idq; igni terra secundũ situm magis opponitur:at verò aqua,secundũ formæ propriæ naturam.

Tacita obiectio soluitur , sit ne terra aqua frigidior.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. vnam ponit Aristo. conclusionem,quam quatuor confirmat rationibus:quartæ verò vnum annectit corollariũ.

Cõclusio 1.Ratio.

¶Quatuor sunt elementa. Quoniam cùm sex sint qualitatum cõiugationes, quarum duę, quòd contrariorum sint, copulari minimè possunt : quatuor supererunt vtiles, calidũ (nẽpe) & siccũ ignis , calidũ & humidũ aëris,frigidũ & humidũ aquæ,frigidum & siccum terræ,cõstitutiuæ. Ergo nõ iniuria iuxta differentias istas , numerus sumitur elementorum. Omnes enim qui de simplicibus corporibus verba faciunt, vnũ, aut duo,triáue aut quatuor esse volũt: nemo igitur quaternariũ numerũ excessit. Nam quidam eorũ, vt Empedocles, statim quatuor facit: Parmenides autẽ mixtione: Plato diuisione : alij demum sectione totidẽ elementa reddunt. Cùm autem quatuor loca sint , quatuor simplicia corpora oportet esse:ignem & terram,quæ simpliciter & syncerè à medio vel ad medium feruntur: aquã etiã atque aërem illorum media , vtrisque contraria. Verùm enimuerò cùm simpliciter quatuor sint,quodq; vnius est: terra siquidẽ sicci potiùs quàm frigidi, aqua frigidi magis quàm humidi , aër humidi magis quàm calidi,ignis calidi magis quàm sicci.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Corolla.

CAPVT. IIII.

Text.24. ¶Cùm autem prius sit definitum simplicia corpora mutuã subire generationem , & ea insuper gigni ad sensum videantur(nam alioqui non esset alteratio:quippe cùm ea in rerum tangibilium affectibus sita sit) quisnam mutuæ generationis sit modus,& vtrum quoduis ex quouis gigni possit, an aliqua,& aliqua non , dicendũ videtur.Quod igitur vniuersa in seinuicem transmutari nata sint palàm est. Nam generatio in contrarium, & è contrario fit.

Omnia autem elementa inter ſe contrarietatem ex eo habẽt, quia differentiæ ipſæ contrariæ ſunt. Nam alijs, ceu igni & aquæ, ambæ ſunt contrariæ: ille enim calidus, ſiccusq; eſt: hæc verò humida, & frigida. Alijs verò ut aëri, & aquę, altera ſolũ: nam ille quidem humidus, calidusque eſt, hæc verò frigida, & humida. Quare in vniuerſum quidem patet quoduis è quouis gigni natum eſſe. Iam verò quo pacto ex omnibus omnia fient, ſingulatim percipere haudquaquã eſt difficile.

Ariſtoteles obiter antiquorum euellit errorem, aſſerentium elementum quodlibet ex quolibet immediatè nõ generari, ſed oportere per innominata neſcio quæ media tranſire. Quod Ariſtoteles redarguit facilè, ex eo ꝙ ratio actionis contrarietas ſit, quæcũq; igitur ſunt immediatè contraria, immediatè erunt trãſmutabilia. Ob idq; Ariſt. addit, Nata eſſe: vt intelligas, ꝙ licèt totum integrum vnum elementum defectu applicationis in totum alterum non trãſmutetur, ſat eſt ſua naturâ tranſmutabile eſſe. Quale mixtum quodlibet cenſendum nõ eſt, ſiquidẽ in mixtis aut contrarietas nulla, aut tanta non eſt: præſertim, quòd plures exigit vt tranſmutentur affectiones, quàm ipſum elemẽtũ, quod ſimplex eſt.

Text. 85.

¶Different tamen, nam celerius, & tardius, item facilius difficiliusque alia alijs tranſmutationem ſubeunt. Quæ enim ſymbolum inter ſe habent, horum celeriùs eſt migratio: quæ verò non habent, tarda, quòd facilius ſit vnum, quàm multa mutari: verbi cauſa, ex igni fiet aër, altero mutationem ſubeunte: nam ille quidem calidus, ſiccusq; eſt, hic verò calidus & humidus: quare ſi ſiccitas vincatur ab humiditate, orietur aër. Rurſum ex aëre aqua fiet, ſi calorem frigus euincat: ſiquidem aër humidus, calidusque eſt, aqua verò frigida, & humida: quare mutato calore, fiet aqua. Eodem modo, ex aqua quoq; fiet terra, & ex terra ignis: nam vtraque ad vtraque ſymbola habent: aqua enim humida, frigidaque eſt, terra verò frigida, & ſicca, quare ſi humiditate vincatur, emerget terra.

Et

Ariſtotelis methodus atq; ſcopus.

¶Abſoluto primo tractatu, quo, quæ & quot elementorũ ſint principia, determinauit: exequitur deinceps quod propoſuerat Ariſt. tranſmutationem, ſcilicet, elementorũ mutuaq; & reciprocã ipſorũ generationem. Quę partim per ſenſum definit, partim autẽ per ea, quę lib. 1. Phyſi. poſuit, atq; 3. de Cœlo definita ſunt. Sẽſus nanq; perhibent atq; oſtendũt, nõ ſolũ affectionibus, ſed etiã ſubſtãtiâ ipſa, per eas quas poſuimus tactiles cõtrarietates, elementa tranſmutari: etenim cõtraria ſunt, quorũ propriũ eſt ex ſe inuicẽ generari. Quare ſi alterari ſenſibus eſt manifeſtũ atq; exploratũ, generari etiam eſt neceſſe: eſt enim alteratio ſuapte natura ad generationẽ deſtinata: quare ſi impoſsibilis eſſet elementorũ ex ſe inuicẽ generatio, vſu nunquã veniret, neq; fieri poſſet alteratio. Quib⁹ ſic in commune definitis, preſsiùs & particulariùs rẽ determinat, aſſeritq; vniuerſa elemẽta ex ſe inuicem nata tranſmutari. Quam cõcluſionem non alia probat ratio, quàm ꝙ elementa omnia contraria ſint, ex eo ꝙ ipſorũ elementorum differentiæ contrarię ſunt: ergo cùm generatio in contrarium è cõtrario fiat, ex eo quòd vtrunque contrariorum alterum eſt in potentia, fit vt ſingula ex ſe inuicẽ tranſmutari nata ſint. Quoduis autẽ è quouis generari, quoniam cuilibet quodlibet cõtrarium eſt, inductione monſtrat. Quibus

Et rurſum cùm ignis calidus ſit, & ſicc⁹, terra verò frigida & ſicca, ſi frigiditas intereat, ignis è terra fiet. Quare patet, circularẽ generationem ſimplicibus competere corporibus. Atque hic mutationis modus promptiſſimus eſt, ꝓptereà quòd quæ deinceps ſunt ſymbolum habent.

¶Dixerat in calce ſuperioris textus, ſingulatim percipere, ex omnibus omnia elementa fieri, haudquaquam eſſe difficile. Quę quidẽ methodus generalis cùm ſit, ad ſcientiã non ſat eſt ſufficiens: neceſſum ergo eſt, in particulari magis determinet, quonam modo iſta fiat tranſmutatio. Quod præſenti tex. definire exorditur, probatq; ſymbola elementa faciliùs, difficiliùs atq; tardiùs diſſymbola trãſmutari: quoniã faciliùs eſt vnum, quàm multa mutari. Iuque inductione in ſingulis elementorum combinationibus commõſtrat: nam ex igne aër fit, ſiccitate tantùm per ſe corrupta: ex igne autem aqua, vtraq; qualitate ſuperata: & ſic patebit, circularem generationem ſimplicibus corporibus competere.

Tacita ſolutur obiectio.

Neque obſtat, quòd diſſymbola magis contraria ſunt, ergo citior (quia violentior) erit trãſmutatio. Nam in ſymbolis, in quibus minus eſt cõtrarietatis, plus erit commercii atque communionis: velocior igitur in minori diſtantia, celeriorq; tranſitus erit. At verò in diſſymbolis, vbi maior eſt diſtantia, maior eſt contrarietas: tardior igitur erit atq; difficilior tranſmutatio, vt poſteà in quęſtionibus examinabimus. Vnde infert Ariſto. eſſe

Corollarũ cõtra Paulum.

generationem elementorum circularẽ. Nõ, vt hoc loco exiſtimat Paulus, ꝙ generatio elementorũ non proueniat in infinitũ ſecũdùm rectum, ſed ſecundũ circulum: tũ quia interpretatio iſta violentiam textui infert ipſumq; deſtruit, tũ etiã quia de hoc proceſſu in generationibus circularibus poſteà habiturus eſt ſermonem. Mens ergo Ariſt. eſt, quòd quoties elementum non generatur ex contrario ſimpliciter ſecundũ binas qualitates, ſed alteram duntaxat, vt in ſymbolis cõtingit, ſemper eſt ſimplex atque perpetua ſecundùm circulum generatio. Idq; colligitur ex ſubiuncta probatione, cùm dicit: Atque hic mutationis modus promptiſsimus eſt, ꝓptereà quòd quę deinceps ſunt, id eſt, quæ conſequenter ſe habent, ſymbolum habent.



¶Itaque quoties ſymbolum eſt generatio, facilior eſt & circularis generatio, inuicemq; mutua ex ſe tranſmutatio: nam non eſt ita prompta & facilis, cùm diſſymbola tranſmutãtur. Quo fit, vt cùm non ſemper vnum diſſymbolũ in alterũ diſſymbolũ trãſmutari queat, deſinat in tertium conuerſio. Ergo non ſemper eſt circularis, ſicut inter elementa ſymbola, vbi ſemper vnũ ex altero, ex reliquis verò nonnunquam tertium fit.

¶Aqua autem ex igni, & terra ex aëre, & rurſum ex aqua ignis, & aër ex terra gigni quidẽ poſſunt, ſed difficiliùs, quòd plurium mutatio ſit. Nam ſi ex aqua oriatur ignis, frigiditatem & humiditatem corrumpi priùs eſt neceſſe. Et rurſum frigiditatem, & ſiccitatem, ſi ex terra fiat aër. Eodem modo & ſi ex igni, & aëre, aqua & terra fiãt, vtraſque mutari qualitates eſt neceſſe.

Text. 86.

¶Poſuerat exemplum in ſymbolis, nunc verò exemplo commonſtrat in diſſymbolis trãſmutationem tardiorem fieri, quoniam duo ſuperari & deuinci oportet.

Text.27. ¶Hæc igitur generatio, tardior eſt. Sin verò vtriuſq; altera qualitatum intereat, horum migratio faciliùs quidem, ſed non in ſeſe mutuò fiet: ſed ex igni quidem, & aqua, terra & aër: ex aëre verò, & terra, ignis & aqua ortum ſubibunt. Cùm enim aquę frigiditas fuerit corrupta, & ignis ſiccitas, fiet aër: nam huius quidē caliditas, illius verò ſimiliter humiditas relinquitur. At cùm calor ignis, & aquę humiditas interierint, terra: propterea quòd huius frigiditas, & illius ſiccitas remanent. Eodem modo ex aëre, terraq; ignis & aqua: nam cùm aëris calor, & terræ ſiccitas interitum ſubierint, fiet aqua: quandoquidem illius humiditas, huius frigiditas relinquitur. Cùm verò aëris quidem humiditas, terræ verò frigiditas, ignis: quia illius càliditas remanet, huius ſiccitas, quę nimirum igni competunt.

¶Ex quibuſcunq; elemẽtis non habentibus ſymbolum, generari tertium vtrique ſymbolum, demonſtrat exemplo ignis atq; aquæ: ex quibus, aquæ frigore & ignis ſiccitate ſuperatis, aër fit, ꝙ remaneant humidũ atq; calidũ, quæ aëris eſt coniugatio. Inſuper aquæ humiditate & ignis caliditate ſuperatis, terra gignitur, vtpote manentibus ſiccitate & frigiditate, terrę conſtitutione. Nihil ſanè abſurdi eſt, ſi aſſeramus hunc in modum diſſymbola applicari elementa, vt alterum vna qualitate ſuperet, alterâ verò ſuperetur. Qua ratione, ex quibuſcunq; duobus diſſymbolis illud tertium generabitur, cuius conſtitutiua principia manent: quod in omnibus verum eſſe inductio monſtrabit.

Text.28. ¶Ignem autem gigni, etiam ſenſus ipſe approbat, maximè enim flamma, ignis eſt: hæc autem, eſt fumus ardens: fumus verò ex aëre, atq; terra fit.

¶Eandem concluſionem per ſenſum, cui Ariſto. inhnititur, manifeſtat. Nam cùm flamma ignis, nihil aliud ſit, quàm accenſus & ardens fumus: fumus verò ex aëre atque terra, huius ſiccitate illius verò humiditate ſuperatis, fiat: ergo ex duobus elementis inuicẽ agẽtibus atq; patientibus tertium generabitur. Fumum autem inchoatum quendam ignem eſſe probat experimentum, quòd ignẽ ipſum antecedens, oculos non tantùm ſtringat, ſed vrat, doloremq; vſq; ad lachrymas excitet. Quocirca aduertendum, quadrifariam ad actionem copulari elementa. Primò, vt neutrũ ex duobus diſſymbolis excedat & ſuperet, qua ratione ſola nudaq; alteratio eſt. Deinde, vt vnum alterum vtraq; qualitate vincat, quo modo nõ tertium, ſed vnum ex alio generabitur. Tum, vt vna qualitate inuicem ſe vincant, altera verò mutuò ſuperentur, qua tranſmutatione vtrunq; in tertium deſinit. Tandem, quando vna qualitate ita ſuperat, vt altera omnino æquentur, quo modo ex calefacta aqua aërem generari videmus, quoniam aquæ frigiditas ignis calore ſuperatur. Non tamen manente humiditate generabitur ignis, æquales enim ſunt ſiccitas & humiditas, inter quas nulla eſt actio: ob eandem inſuper manentem humiditatem, & calorem inductum, non terra ſed aër generabitur. Qua methodo in Meteorologicis Ariſt. fontes generari docet, terra aëris caliditatem non humiditatem ſuperante, continuaq; aëris ſuccedentis & ſubintrantis tranſmutatione: hunc in modum in ſuis cauernis terra, fontes atq; flumina generat.

Nota modos applicationis elementorum ad actiones.

Text.29. ¶Porrò in hiſce quæ ſunt deinceps, ſi in vtroque qualitas altera corrupta ſit: haud quaquam elementorum migratio in vllũ corpus fieri poteſt, eo ꝙ in vtriſque aut eadẽ, aut contraria relinquãtur, ex quibus nullum profectò corpus

corpus oriri poteſt: vt ſiccitas ignis, & aëris humiditas ſit corrupta, calor in vtriſque remanet. Si verò ab vtroque calor abierit, cõtraria ſiccum in quam & humidũ relinquuntur. Similiter autem & in cæteris.

¶Ex ſymbolis autem duobus elementis, tertium generari minimè poſſe, probat Ariſto. Nam aut ſymbola qualitas corrumperetur, vt inter ignem & aërem caliditas, & contrariæ relinquerentur, ſiccitas (ſcilicet) & humiditas: quæ poſita eſt impoſsibilis coniugatio. Aut contrariæ corrumpentur, & tunc eadẽ vnaq; duntaxat qualitas manebit, ex qua ſola nullum profectò corpus ſimplex oriri poteſt. Quare ſi elementum ex vno, nec ex contrariis ſubſiſtit, totum elementum à toto corrumpitur: & ob id vnum in vincentis & ſuperantis ſpeciem conuerteretur. Quod exemplo declarat Ariſtoteles, atque innuit in cæteris eodem modo loquendum.

Text.30. ¶Nam in omnibus quæ ſunt eiuſmodi qualitatum altera eadẽ, altera cõtraria ineſt. Vnde ſimul perſpicuum euadit, quæ ex vno in vnum mutantur, vno corrupto: quæ ex duobus in vnum, corruptis pluribus gigni. Quòd igitur ex omnibus omnia gignãtur, & quonam pacto in ſeſe viciſsim commigrent dictum eſt.

¶Infert, ꝙ quãdo ex duobus diſſymbolis tertiũ fit, duo elemẽta corrũpuntur, duęq; qualitates pereũt: cùm verò ſymbolũ in ſymbolum conuertitur, vnum tantùm ſymbolum, vnaq; tantùm qualitas perit. Quod, vt in plurimum, intelligendum eſt: nam quarta combinatione ſuperiùs poſita, tantùm vnum & vna ſola qualitas perit. Epilogo eorum quæ dixit, caput abſoluit Ariſt. Vbi aduertẽdum eſt, quartum elementum ex tribus generari non poſſe. Nam cùm ex duobus tertium fit, ambo corrumpi ſolent: vtrũq; alteram amittit, alteram retinet qualitatem, manẽtq; duę, quæ alicuius elementi ſit coniugatio. Cùm tria verò elementa corrumpuntur, vt ſi aqua ſua frigiditate aëris atque ignis calorem dũtaxat vincat, remanet ſiccitas, humiditas, & frigiditas: quę tres cũ ſint, plures ſunt quàm ſimplex elementi natura expoſcat: neq; tot ſunt vt mixtum conficiant: vt enim elemẽtũ ex nullis conſtat contrariis, ſic mixtum ex omnibus primis contrariis ad mediocritatẽ redactis conſtat.

An quodlibet elementũ ex quolibet fiat.

¶Multa philoſophica dogmata Ariſt. hoc capite propoſuit, quæ ampliori indigent (licèt vera ſint) inquiſitione. Principio, quodlibet ex quolibet elemento generari poſſe, ſufficiẽtiſsimè manifeſtauit Ariſt. quoniam cùm cõtraria ſint, materiaq; communicent, ex ſe inuicem tranſmutabilia ſunt. Argumentaq; omnia vno verbo diſſoluit Ariſto. cùm id per verbum quod potentiam & non actum importat, demonſtret. Ex ſe inuicem (inquit) tranſmutari nata ſunt, hoc eſt, de ſe atq; potẽtia ab intrinſeco: ratione (ſcilicet) materię, cui annexa eſt contrarietas, tranſmutabilia ſunt. Ergo ſi ſymbola ſint, debita eorum facta approximatione ſine extrinſeco impediẽte, dominans in ſuam naturam alterum cõuertet. Si diſſymbola verò ſint, quorum vnum vna qualitate vincat, altera vincatur, tertium reſultabit. Hîc enim non agimus de ea actione, qua incompletè elementa ſe inuicem in mixtum tranſmutant, de qua lib. 1. text. 89. diximus. Nec verificandę ſunt Ariſtote. cõcluſiones de tranſmutationibus elementorũ ſecundùm ſe tota, quod quidem in vniuerſi perniciem vergeret: ſed de partibus intelligendæ ſunt, quę in ſe inuicem conuertũtur, niſi quando æquiuoca generatione in mixtum degenerent. Ab extrinſeco tamen impedimenta accidere ſolent nõ pauca, vt vnũ ex alio non generetur: non ſolùm ſecundùm locum cùm diſtant, vt ignis & terra in propriis regionibus collocata, ſic enim per media loca alterum accedere deberet: verùm etiam (vt ſtatim argumentis explicabimus) ex ratione actionis & diſpoſitionis, aliarũq; circũſtantiarum, obſtaculum accidere ſolet. Loquimur enim hîc de immeditatione formæ, non loci, ita vt opus nõ ſit, ad hoc quòd ex terra ignis generetur, priùs aquam aut aërem generari, cùm illa ſint immediatè cõtraria & in ſe inuicem tranſmutabilia. Atque adeò cùm ex terra, eleuatis exhalationibus,

aut ex aqua ſurſum latis vaporibus, ignis generatur, non intelligas exhalationes aut vapores medium aliquid elemẽtum eſſe: cùm, teſte Ariſto. lib. 1. Meteor. cap. 3. exhalatio ſubſtantialiter terra ſit, ſicut & vapor ſubſtãtialiter aqua, quæ per aërem tanquam per locum medium non neceſſariò, tanquam per mediam formam, ad ignis naturam eleuantur. Cuius rei veritas vt clarior eluceſcat, placet argumenta proponere. Primò ex natura agentis, quia ſequeretur aliquid ſine generãte fieri, cùm duo elementa ſic admouentur vt tertium ex eorũ mutua actione reſultet: atque adeò (quod amplius eſt) contra naturæ intentionem ſe ipſa deſtruerent. Deinde arguitur ex proportione agẽtis ſupra paſſum, quæ non ſemper in diſſymbolum locum habet: nam ſi æqualis eſt, non agent: ſi inæqualis, debilius peribit, atq; in maius permutabitur. Tum etiam ratione actionis: ſi ex igne & aqua generari poſſet terra, frigore aquæ ignis caliditatem vincente, & ex altera parte ignis ſiccitate humorem aquę ſuperante, vt terra iuxta ſententiam Ariſt. hîc text. 27. gignatur: ſequetur ignem in aquam agere, & eam non calefacere: & item ſi ignis agat in aquam dominante calore, vt conuertat in aërem, tunc ſanè in aquam ageret, quam non exiccaret. Quartò ratione qualitatum, quia (vt dicitur. 2. de Partibus animalium atq; in Poſtprædicamentis) ignis nunquam frigidus eſt: ergo ſi nunquam calorem amittere poteſt ignis, niſi frigoris inductione: cùm hæc ſit impoſsibilis, calor nunquam in igne remittetur: atque adeò ex igne & aqua, terra nunquam generabitur, vt text. 27. contendit Ariſt. Poſtremò etiam ex ratione diſpoſitionum, quoniam fieri non poteſt vt ignis ex terra, aut terra ex igne generetur: aut ignis in materia denſiſsima, & terra in rariſsima inducerẽtur. Quæ arguméta, ſi rationes quibus concluſionem noſtram confirmauimus, intelligantur, ſolutu minimè difficilia erunt.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

Ad. 1. Primũ ergo, cùm de miſtione ageremus lib. 1. cap. vltimo, diſſoluimus: vbi agens diximus eſſe cœlum, quod ſupereſſe, actionẽ conſummaturum intelligimus: quodq; illa materia vtitur, vt quaſi ab agente non vniuoco ſed analogo tertium illud generetur elementũ: quorum corruptio non eſt profectò per ſe, ſed præter intentionem naturæ accidit. Secũdum ſuperius etiam tex. 28. cùm de elementorum applicatione varia mentionem haberemus, ſoluimus: poteſt enim proportio ad actionem neceſſaria, vel ratione ambarum qualitatum, vel vnius duntaxat attendi, ita vt in toto aut in parte dominiũ ſit, & inæqualis proportio, atq; adeò aut totius aut partis corruptio. Tertii argumenti abſurda nulla ſunt, imò ſunt conſectaria, quę Ariſtotelis ſententiam ſequuntur. Quid enim mirum (ſi ignis calore, aquæ frigus non ſuperet, ſuperet autem ſecundum ſiccitatem) ignem in aquã agere & eam non calefacere? aut ſi vice verſa, calore non ſiccitate ſuperet, agat in aquam quam non exiccet? Agit enim ea qualitate qua vincit & ſuperat, ſecundùm quam maioris inæqualitatis eſt proportio atq; adeò actio. Quartum argumentum, in calce quæſtionis de reactione lib. 1. cap. 9. ſolutum reperies. Quinti verò argumenti incommoda (ſi talia dicenda ſunt) concedimus: nihil ſanè prohibet via generationis aut corruptionis, elementa in fieri integram ſtatim non aſſequi perfectionem, cùm ad illam moueantur, atq; à generante mittantur. Obſtarent tamẽ, & incõmoda eſſent minimè ferenda, ſi in facto eſſe modum ſuę formæ debitum, atque integram perfectionem non aſſequerẽtur. Atque adeò cùm paulatim ignis aquam trãſmutat, tunc ſanè in aërẽ primò vertitur: ſed id propter rationes initio poſitas non neceſſariò, nam ſi cita & veloci tranſmutatione cõuertatur, immediatè aqua in ignem trãſibit: exemplo ſit gutta aquę magno cuidã admota igni. Quodlibet igitur ex quolibet immediatè generari, ſatis probatum eſt.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

Ad. 5.

An inter ſymbola ſit facilior tranſitus.

¶ Alterum verò, quod ponit Ariſt. faciliorẽ eſſe tranſitum ſymbolorum difficultate non caret. Siquidem eadem eſt proportio vnius ad vnum, quæ duorum ad duo, neque difficilius eſt duobus duo corrumpere, quàm vni vnum. Secundò, quia ſi in ſymbolis vnũ corrumpitur, vnum eſt quod agit: et ſi in diſſymbolis duo pereunt, duo etiam ſunt quæ corrumpunt. Prętereà ratio Ariſto. non omnibus probatur, ſiquidem ſuperiori lib. cap. 4. diximus, in genito nihil ſecũdùm numerũ manere, quod præfuerat in corrupto: non igitur in ſymbolis pauciora corrũpuntur. Dicendum, Ariſt. hoc loco bene eſſe intelligendum: nam loquitur de elementorum mutua tranſmutatione ſecũdùm qualitates primas, cęteris omnibus, ex parte rari & dẽſi, paribus obſeruatis. Neque enim eruditi philoſophi erit, vbi mentio eſt de qualitatũ primarum atque ſimplicium corporum trãſmutatione, qualitates ſecundas miſcere, atque in

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

quęſtionem præſentem vocare: quod hoc loco Paulus (more nominaliũ) facit, miras abſq; ratione & neceſsitate nominum acceptiones atque diſtinctiones fingendo. Dicamus igitur nos breuiùs atque cum methodo, effectus velocitatẽ (vt ex. 6. &. 7. Phy. cõſtat) attẽdi ex cauſa atque ex proportione maioris inęqualitatis: itẽ etiam ex effectu, quia (ſi licet) in eodẽ tẽpore maius, aut in minori ęquale producitur. Atque adeò corrumpi etiam aut generari ea duntaxat dicuntur, quę propriè per ſe atque cum contrarii reſiſtentia generantur, corrumpuntúrue: quare ſymbola qualitas per accidens, atque ſolùm ad ſubiecti corruptionem, perit. Quare cùm ſymbola elementa altera qualitate conueniant, cõſequens eſt, ſubſtantiâ magis conuenire, atq; propinqua eſſe: atq; adeò, ſi viciniora & magis amica ſunt, reſiſtunt minùs ſibi inuicem. Mirum igitur nõ eſt, ſi minori exiſtente reſiſtentia, atque maiori præſente ſimilitudine (quę actionem iuuant) ſymbolorum elemẽtorum tranſitus atque trãſmutatio facilior ſit. Atque ob id eãdem rerum conſequentia, diſſymbola, quę ſicut qualitatibus diſsident magis, ita etiam ſubſtantiâ ampliùs diſtãt, difficiliùs tranſmutentur, tardiusq; conuertantur: nimirum quia extremè diſtant, ſymbolorum verò diſtantia media eſt. Summum à ſummo diſsidet magis atque diſtat, quãuis æqua proportione vtraq; mutatio fiat, atque celeritate eãdem, tamen tardius finietur, atq; ad finem perueniet: quia quanuis eãdẽ & pari celeritate fiat, ſummum & extremum magis eſt ſeiunctum quàm medium: ergo non ad qualitatum numerum, ſed magnitudinem, & extenſionem, intenſionemq; eorum quæ corrumpi debent, attendendũ eſt. Quare argumenta ex hoc poſito fundamẽto, nulla ſanè ſunt. Nam primum colligit nil: eo q̃ non probamus, faciliorem aut difficiliorem tranſitum eſſe, ex proportione vnius ad vnũ aut duorum ad duo, quę ſemper æqualis eſt: ſed ex maiori naturarum tranſmutabilium conuenientia aut diſconuenientia, propinquitate aut diſtantia, vnde naſcitur vt fiat citiùs aut tardiùs aſsimilatio. In cuius concluſionis declarationem, in calce text. 25. addit Ariſto. Inter ſymbola perpetuam per vnius duntaxat corruptionem, ſecundũ circulum tranſmutationem contingere. At in diſſymbolis non eſt circularis ſemper ex vno in alterum tranſmutatio, quoniam vtrunq; contingit in tertiũ deſinere, atq; corrũpi, quod difficilioris tranſmutationis argumentũ eſt. Quare ex eiſdem principiis ſecundum ſolue turargumentum. Nam non ſumitur velocitas aut tarditas tranſmutationis ſecundum proportionem cauſę ad effectum, ſed potiùs ob maiorem naturæ ſimilitudinem aut diſsimilitudinem. Nonne quod eſt in potentia vt patiatur, magisq; paſsibile eſt (vt ſuperiori lib. text. 77. diximus) faciliùs trãſmutabitur, atque celeriùs fiet? Quod etiam hoc libro cap. 2. cùm de qualitatibus virtualib⁹ ſermonẽ haberem⁹, de pipere, apio, abſynthio accidere declarauimus: atq; in calce primi libri, de elemẽtorum ex mixtis reuocatione & ſeparatione, quæ cùm magis talia ſunt, faciliùs patiuntur atq; tranſmutantur. Non igitur neceſſe eſt nouam confingere philoſophiã: hæc enim ſi iuniores aduertiſſent, non fuiſſent commenti monſtra, atque portẽta, quæ ſtatim nominata abhorret intellectus. Ob affinitatem igitur atque naturæ cognationem, naturalemq; potentiã, maiori naturæ communione atque commercio faciliùs trãſmutantur: non ſecus ac mixta in quodlibet ex elementis faciliùs diſſoluuntur, quàm vnum elementum in quodlibet aliud: quòd mixtorum contrarietas media ſit, & elementorum extrema, difficilius tardiusq; de extremo ad extremum trãſgredimur, quàm de medio ad extremum. Quam rationem Ariſt. aſsignat, cùm vltimis verbis tex. 25. dicit: Atque hic mutationis modus promptiſsimus eſt, prętereà quòd ſymbolum habent. Quo fit, argumentũ non valere de multitudine & paucitate corrumpendorum. Nam Ariſt. de illis duntaxat loquitur, quæ ſecundùm reſiſtentiam & repugnantiam (quæ actionem impedit) per ſe corrumpuntur: quę ob id diſtãtiã atque naturæ diſsimilitudinem indicant.

Sententia Autoris.

Corollanotan.

Nota.

Ad 1.

Ad. 2.

Ad. 3.

Quę autem per accidens ſunt aut corrumpuntur, neque ad artem neque ad philoſophiæ doctrinam ſpectant, vtpote quę ob eandem cauſam nec facilitatem nec difficultatẽ trãſmutationis inducant. Quare ex his duabus quęſtionibus ſequitur, nil prohibere, in diſſymbolis elementis vnum & idem actu eſſe atque potentiâ, ſecundũ diuerſas qualitates, quarum vna agit altera verò patitur. Sequitur deinde, cùm diſſymbola in tertiũ deſinunt elemẽtum (vt ſuperiori quæſtione ad primum dicebamus) non eſſe cauſam efficiẽtem, ſed potiùs materialem ipſa diſſymbola appellanda. Nam materiâ ipſorum cœlũ vritur ad tertii generationem, vtpote quæ ordi-

Coroll. 1.

2. coroll.

nata,& quasi per præcedentes dispositiones missa,atque ad hanc formam destinata sit. Quibus stantibus,agens vniuersale & æquiuocum,cœlum,quod omnia conseruat, virtute sua debitam formam inducet. Est enim virtute omnia,vt tex.50.dicemus, à quo cuncta ad iustam debitamq; perfectionẽ promouentur:eius siquidem interest omnia cõseruare atq; gubernare, atque adeò vel modica ex parte secundarum causarum existente occasione atq; dispositione, ipsum cœlũ, quod cæterorum causa principiumq; est, eorundẽ exitum atq; cessationẽ suscipit, vt. 2. Cœli tex.2.cum Arist.asseruimus.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap.Aristo.proposita intentione atq; scopo, quò cæterà destinantur, quatuor statuit conclusiones:quas singulis probationibus manifestat,& ad secundam vnũ addu cit corollarium,& ad quartam aliud.

Scopus. ¶ *Cùm simplicia corpora mutuã subire generationem,sensibus sit exploratum (nã alioqui alteratio possibilis nõ esset) quisnam mutuę generationis modus sit*

1.Cõclu. *quærendũ est.Vniuersa igitur elementa ex se inuicem nata esse transmutari,*

Ratio. *palàm est. Nam elementa omnia contrarietatem habent, quia ipsorũ elemẽtorum differentię cõtrariæ sunt. Quare si generatio è contrario in contrariũ fit, perspicuum est quoduis ex quouis*

2.Cõclu. *gigni natũ esse.Differunt tamen, quòd symbolorum celerior quàm dissymbo-*

Ratio. *lorum est transmutatio: quòd faciliùs sit vnum,quàm plura mutari,vt inductio in singulis manifestat. Quare pa-*

Corolla. *tet circularem generationem simplicibus,quæ symbolum habent, competere corporibus:qui mutationis modus pro-*

3.Cõclu. *pter symbolum promptissimus est. Atq; ex dissymbolis duobus,si altera qualitatum intereat vtriusq;,tertium generatur. Cùm enim aquæ frigiditas corru-* Ratio. *pta fuerit, pariter atque ignis siccitas, aër fiet:quòd huius quidem caliditas, illius verò humiditas, quæ aëris est coniugatio, relinquatur. Quod in alijs etiã accidere, sensus ipse approbat: nam flãma, quę fumus ardẽs est,ex fumo fit,fumus autẽ ex aëre atque terra gignitur.* 4.Cõclu. *Porrò ex symbolis duobus tertiũ nõ generatur:Eo quòd in vtroque aut eadẽ,* Ratio. *aut contraria relinquuntur: ex quibus nullũ profectò corpus oriri potest, cùm in symbolis omnibus duplex qualitas sit,quarum vna eadem, altera contraria est.Vnde simul perspicuum euadit,* Corolla. *in symbolorum corruptione,vno corrupto vnum generari, in dissymbolorum verò, duobus corruptis tertium gigni. De mutua igitur transmutatione hoc modo dictum sit.*

CAPVT. V.

¶ Attamen adhuc & hic quoque Text.31. de eis contemplemur. Si enim aqua,& aër, & id genus naturaliũ corporũ materies sint, sicuti nõnullis quoque placet, aut vnum, aut duo, aut plura,esse hæc necesse est,Itaq; vt vnum, scilicet aër, vel aqua, vel ignis, vel terra, omnia sit,fieri nequit, si transmutatio in contraria sit,atque id trãsmutetur. Nam si aër sit,si remanet,alteratio erit,& non generatio.Insuper nec ita videtur, vt simul aër, & ignis, aut quoduis aliud

liud sit. Esset enim aduersantia quædam differentiaq;, cuius partem alteram, ceu calorem, ignis haberet. At verò,nec ignis aër calidus erit:nam quod est eiusmodi,alteratio est,& non generatio. Adhæc si ex igni aër oriatur, calore in contrarium mutato fiet: hoc ergo inerit aëri, eritque aër frigidum quid. Quare fieri non potest,vt ignis,aër calidus sit: simul enim idem calidum esset,atque frigidum. Erit ergo aliud quid præter vtrunque, idem & alia quædam communis materies. Eadẽ autem & de omnibus ratio est, non esse inquam inter hæc vnum, ex quo vniuersa sint.

Capitis argumentum. ¶ Ostenderat Philosophus, quatuor simplicia corpora ex duabus contrarietatibus quatuor qualitatum constitui. Nunc autem ita prima esse debere manifestat,vt in genere generabilium & corruptibilium nulla sint corpora priora:quæ vna ratio est,propter quam hîc Arist.de materia,quæ sola elemẽta antecedit,verba faciat. Altera ratio est, quòd antiqui materiam vnum ex elementis ponebant, ensq; actu faciebant. Tertiam addere possumus,quia contrarietates, elementum, & materiam,tria esse principia dixit.Nõ igitur ab re,vt seipsum interpretetur, atq; obiter antiquos reprehendat,quid nomine materiæ intelligendum sit,declarat.Quare dicit elementa, licèt prima sint, non tamen ante materiã,quæ primum principium materiale rerum omnium.1.Physi.posita est. Atque adeò,si elemẽtorũ aliquod aut duo reliquorum materia esset(vt antiqui existimabant) nec elementa omnia prima corpora ex æquo essent,neque ipsorum transmutatio, altero remanente ente in actu, generatio esset sed alteratio.Est enim de ratione subiecti ipsius trãsmutationis,vt sub vtroq; permaneat termino,quod lib.1.tex.11.declaratum est. Atq; insuper,vnum contrarium in alio secundum excellentiam esset. Ob quas rationes plura esse non possunt,quia in totã transmutatione manet subiectum,& simul in eodẽ essent actu contraria. Itaque duo sunt quæ infert Arist.incommoda,contraria (videlicet) gradibus excedentibus simul esse,atque generationem esse alterationẽ.Oportet igitur,præter quatuor corpora prima aliud esse prius principium in potentia, ex quo omnia fiant, quod idem possit esse omnibus, ex eo quòd contrariis omnibus priuetur iuxta Commẽtoris doctrinam adnotandam. 2. de Anima tex.8.Materiam,scilicet, primam non eandẽ habere denominationem cum eo quod ex illa fit,materiã autem secundã eandem habere oportet:quam Arist.hoc text.expressè confirmat.

¶ Sed neq; aliud quippiam præter hæc, veluti medium quoddã aëris & aquæ, aut aëris & ignis, aëre quidem & igni crassius, sed cæteris subtilius. Nam illud, aër & ignis cum contrarietate esset: sed è contrarijs alterum priuatio est. Quare fieri non potest, vt illud vnquam per se sit, quemadmodum quidam aiunt infinitũ, & id quod comprehendit,atque continet. Similiter ergo horum quoduis,aut certe nullum. ¶ Si Text.33. igitur nullũ sensibile hisce prius sit, hæc profectò erunt prima. Aut igitur ea semper manere, & in sese vicissim transmutari non posse,aut posse:& aut omnia, aut aliqua,& aliqua nõ, quemadmodum in Timęo Plato prodidit,est necesse.

¶ Probat etiam neque corpus aliquod medium materiam esse primam: quia cum suis contrarietatibus alias admitteret.Neque responsio eorum aliquid subsidii affert, quòd medium illud contrarietate dicant priuari: siquidem

si quidem nunquam aliquid vna priuatur forma, quin aliam recipiat: quare nunquam est à contrarietate seperatum. Fieri igitur non potest, vt caliditatem amittat, quin frigus induat, aut contrà: & in vniuersum intelligi non potest, vt materia vna spolietur forma, & alteram non recipiat: implicat sanè materiam vnquam per se esse. Ergo elementa corpora prima sunt, ita vt nullum sensibile corpus prius sit prioritate transmutationis: aut si oppositum des, oporteret contra ea, quæ hactenus proximo capite demonstrauimus (vt in Timæo Plato affirmat) omnia aut aliqua transmutari non posse. Igitur inter hæc, nulla ad aliquod prius corpus reducũtur, sed omnia quatuor prima sunt, æque primò trãsmutabilia: propter cœlum, quod analogicè & in alio superiori genere, vtpote quod transmutabile nõ sit, absolutè & simpliciter prius omnibus est.

Text. 34. ¶ Quòd igitur necesse sit ea inuicem in se mutari, demonstratum est priùs. Quod verò non æque celeriter aliud ex alio nascatur, quòd quę communem nacta sunt qualitatẽ, celerius ex sese mutuò oriantur, quæ vero non sunt nacta, tardius, dictum iam est. Ergo si vna sit aduersantia, per quam mutationem subeant, duo sint necesse est: nam insensibilis, inseparabilisque materies, medium est. Porrò cùm plura esse videantur, duæ ad minimum cõtrarietates erunt. Sed cùm duæ sint, esse tria nõ possunt, sed quatuor, vt patet: tot enim sunt cõiugationes. Nã cùm sint sex, duæ ex eis fieri non possunt: propterea quòd inter se contrariæ sunt.

Text. 35. Sed de hisce diximus prius. ¶ Cũ autem mutuo in sese transmutentur, fieri non posse vt principium quoddam sit eorum, vel in extremo, uel in medio, ex hisce palam fiet. In extremis igitur non erit principium, quia ignis, aut terra essent omnia: idemque sermo est, atque si ex igni, aut terra constare omnia dicamus. Præterea neque medium principium erit, sicuti quidam aërem quidem & ignem, & in aquam: aquam verò & in aërem, & in terram: vltima autem non amplius in sese uicissim transmutari putant. Nã stet hoc, nec in infinitũ rectà vtraq; ex parte abeat, oportet: in vno enim cõtrarietates essent infinitę. Sit T terra, L lympha, seu aqua, A aër, I ignis. Itaque si A in I, & L mutetur, vna erit contrarietas, nẽpe ipsorũ A I. Sint hæc, albor & nigror. Rursum si A in L mutetur, erit altera: non enim L & I idem sunt: sint autem siccitas, & humiditas, S quidem siccitas, H verò humiditas. Igitur si albor maneat, humida, & alba erit aqua: sin minus nigra: quandoquidem contraria mutatio est. A quã igitur, aut albam esse, aut nigram necesse est. Sit primum. Pari ergo ratione, S inerit I. Transmutabitur igitur & ipse ignis in aquam: contraria enim sunt, nã ignis primò niger erat, & deinde siccus, aqua verò humida, & posteà alba. Liquet itaque omnia in sese vicissim transmutari, atq; etiam in hisce, ipsi terræ reliqua duo symbola, nigrorem inquam & humiditatem

miditatem, competere: hæc enim necdum copulata fuere.

¶ Per quãdã collectionẽ, quę in alio proximè præcedenti cap. dicta sunt, breui epilogo colligit. Principio, elementa, ob id quòd contrarietatum capacia sunt, necessariò transmutabilia esse. Deinde, symbola faciliùs quàm dissymbola. Tum, duas esse contrarietates, quarum quatuor sunt primę qualitates, earundẽ contrarietatum extrema, & elementorũ principia. Adhæc sex qualitatum esse cõiugationes, quarum quatuor supersunt vtiles, duæ verò reliquę reprobantur. Quod eo cõsilio repetere Aristotelẽ crediderim, vt falsas antiquorum existimationes, quasi redintegrata pugna, redarguat: ne plura aut pauciora quàm quatuor elementa intelligamus. Insuper vt constet elementa vicissim transmutabilia esse, atq; adeò nullum eorum, reliquorũ (vt antiqui existimarũt) materiale principiũ esse. Redirent enim illata priùs incommoda: & quòd idem etiam substantialiter esset plura: præterquàm quòd intulimus contrarietates habere: & quòd generatio alteratio esset: quod quidem semper euenier, siue media siue extrema ponas elementa. Verùm attentè considera, vltima elementa Aristotelem non intelligere ea, quæ secundùm situm extremè distant, sed ea quæ secundũ formam, qualia sunt dissymbola: vt magis ea nostra pateat sententia de dissymbolorum difficiliori trãsmutatione: quę antiqui trãsmutari negabãt. At, quia dicere posset aduersarius non circulari quoduis elementum ex quouis generari transmutatione, quod nullum esset incommodum: sed in infinitum rectà, vtraque ex parte generationem procedere, arguit Arist. impossibile esse. Abiretur enim in infinitum secundùm rectum, cùm tamen. 2. Meta. ostẽsum sit, in omni genere causæ statum esse, & 1. libro de Cœlo sursum & deorsum finita ostendit, tex. 44. & 45. Quare hîc alio incõmodo vrget: si infinita essent elemẽta, & eorum infinitas esse cõtrarietates oporteret: diuersorum nanq; elementorum, non eandem sed necessariò diuersam qualitatem primò & per se principium esse oporteret, Neque obstat, q̃ symbola sint altera qualitate conuenientia, cùm altera etiam discrepare sit necesse. Si ergo mediata & immediata elemẽta trãsmutabilia sunt, atque contraria: infinitæ sanè essent contrarietates, nam quodlibet cuilibet alteri elemento contrarium est. Quod Arist. literis manifestat: vocatq; terram T, aquã L, aërem A, ignem I. Quare si quodlibet horũ in aliud non alia ratione transmutatur, nisi quia ei est contrarium: ergo si in infinita elementa essent transmutabilia, infinitis etiam elementis essent contraria: & non per eandẽ contrarietatem, quia sicut nouum semper elementum sumitur, cuius alia est natura, ita & alia contrarietas, atque adeò infinitæ. Nõ secus enim ac quatuor elementa, quæ modò sunt, diuersas habent qualitates, vt quoduis cuilibet contrarium sit: ita etiam si infinita essent & contraria, vnum omnibus per infinitas qualitates & cõtrarietates opponeretur.

Vis deductionis.

Nota.

Text. 36. ¶ Sed quòd fieri nequeat in infinitum abitio (quod quidem cùm essemus demõstraturi, in hoc antè incidimus) ex hisce emerget. Si enim rursum I, id est ignis in aliud, ceu in M transmutetur, nec regressio fiat, aduersantia quædã ab hisce quas diximus alia, I & M inerit: nam M nulli ipsorum T L A I esse idem supponitur. Sit itaque K, ipsi I, & O, ipsi M, K itaq; omnibus T L A I inerit: nam ea in sese mutuò transmutari solẽt. Sed hoc quidem nondum sit ostẽsum, illud tamen in aperto est, q̃ si M in aliud rursum transmutetur, alia in M & in I contrarietas inerit: atque ita semper primis cũ sequentibus aliqua inerit aduersantia. Quare si infinita sint, infinitæ quoque erunt in vno cõtrarietates, Quòd si hoc sit, nec finiri quicquam, nec oriri poterit. Nã si aliud ex alio fiet, tot & adhuc plures transire contrarietates oportebit. Quare in nonnulla

transmutatio fiet nunquam, videlicet si intermedia infinita sint: quod profectò necessariò accidet, si infinita sint elementa. Præterea neque ex aëre in ignē transmutatio fiet, si infinitæ sint contrarietates. Fient etiam omnia vnum: nam omnes superiorum cōtrarietates, hisce inesse quæ infra I, sunt collocata, & contrà necesse est. Quare omnia vnum erunt.

¶Nec demonstrationis vis per processum in infinitum destruitur: quia talem processum doctrina vetat & natura abhorret, atque illo modo magis iuuatur demonstratio, & incōmodum (quòd infinitæ essent cōtrarietates) ampliùs vrget. Tot enim sūt qualitates quot elementa: siquidem quatuor elemēta, ex quatuor qualitatibus & duabus contrarietatibus consurgunt: & eadem ratione sex elemēta, ex sex qualitatibus & tribus contrarietatibus: octo verò elementa, ex octo qualitatibus & quatuor contrarietatibus: & ita deinceps. Infinita igitur elementa, ex infinitis cōstarent qualitatibus, atque adeò ex infinitis contrarietatibus. Nec turbatur demōstratio, quòd dicas immediata elementa contraria res habere, mediata verò minimè: siquidem diuersorum elementorum secundū speciem diuersa etiā specie principia sunt, atq; eorū diuersa contrarietas: sicuti ignis, aëris, & aquę, diuersa est natura, diuersa item principia, contrarietasq; diuersa: ita sanè de infinitis elementis foret asserendum Claudit cap. Arist. Si infinita enim essent elementa, atque contrarietates, neque scibilia neque generabilia fore elementa: aut asserendum esset, infinitum pertransiri, atque cognosci: vtrunque autem ab Arist. 3. Physi. cap. 7. negatur. In mixtis autem, quę ex mediocritatibus consurgunt elementorum, plures sunt quàm in elementis contrarietates: nimirum & mixta ex vario elementorum contemperamento fiant, at verò simplicia corpora ex simplicitate atque excellentia qualitatum constituuntur. ¶Dices, elementa quatuor prima corpora non esse: siquidem cœlum prius est, & ignis cætera elementa dignitate antecellit.

Argumentum.

Dicendum, elementa quatenus corpora, prima appellari: Quare reiicitur materia, quæ corpus non est: & cœlum etiam, quod licèt corpus sit, non tamen transmutabile, atque sensibile sensu tactus: vnde fit, prima dici in genere transmutationis, qua ratione vnū alterum prius non exposcit. Quare licèt via dignitatis atque perfectionis ignis sit præstātior, non tamen in genere causalitatis prior, aut materialis causæ veluti materia, aut efficientis vt cœlum. ¶Ambiges, an qualitates symbolæ eiusdem sint speciei. Videtur enim Arist. hoc cap. affirmatiuam partem statuere, cùm dixit, duas esse cōtrarietates & quatuor qualitates, quatuor elementorum principia. Negatiua tamē pars suadetur: nam leuitates leuium differre specie suprà hoc libro, atque 4. Cœli ostendimus: eadem igitur ratio de alteratiuis erit. Nam si leuitas ignis à leuitate aëris specie differt, cur etiā calor ignis à calore aëris specie non discriminabitur? Maximè cùm ex variis affectibus illud cōiicere liceat, cùm experiamur aëris humiditatem fouere, aquę verò humorem non nutrire, quinimò rem suffocare atque extinguere: à contrariis itaque effectibus contrarię arguentur causę. Rursum caliditas ignea siccitati compossibilis est, quam aërea caliditas nō admittit: imò calor ignis humiditatem remittit, quam admittit atque fouet aëris calor. Præterea ficcitas ignea cum maxima est leuitate & raritate, terrea verò cum oppositis semper reperitur. Tandem vltimò, calores mixtorum differūt specie: ergo & elementorum. Antecedēs de febrili & naturali calore patet, quæ specie differunt: ergo calor ignis & aëris specie differrent: præsertim cùm ipsa propria & per se subiecta specie discriminentur. Dicendum, oppositam sententiam Aristotelicam atque philosophicam esse. Primò quòd Arist. duas tantùm posuit contrarietates, quatuorque qualitates & non plures, argumentū est Aristoteli eas specie non differre. Deinde si specie discriminarentur, iam frigiditati aquæ, calor aëris atque ignis contrariarentur: atque adeò contra Arist. 10. lib. Meta. non tantùm vnum vni esset contrarium. Tum etiam nulla ratione ab Arist. ignis & aër symbola elementa ponerentur, cùm cap. 4. præcedenti, symbola ea dicat, quę vna & eadem qualitate communicant. Mox, ex duobus elementis dissymbolis tertium nequaquā generari posset. Nam si ex ignis & aquę transmutatione, ignis calor atque aquę humiditas manerent, illa

Solutio.

Nota.

Sint ne qualitates symbolæ eiusdem propiúsque denominationis eiusdem speciei.

Argu. 1.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

Solutio.

illa profectò aëris non esset constitutio, cùm istę qualitates ab aërea constitutione & qualitatibus specie distarent: posuisti enim, humiditatem aquæ specie diuersam esse ab humore aëris, sicut caloré ignis ab aëris calore. Non igitur ex igne & aqua aër, sed quintum aliquod elementum generabitur, à quatuor quæ Arist. posuit distinctū. Vnde etiā sequeretur, octo esse qualitates, atque ex consequēti octo elemēta. Superiùs enim ostēdimus, quodque elementum vnam primò & per se determinare qualitatē: atq; vice versa, quāq; qualitatem suum peculiare, quod primò & per se constituat, postulat elementum. Aut ex oppositō fatearis necesse est, ignem dupliciter caliditate calidum. Item nō esse inter symbola, paucitate corrumpendorum, facilioré transitum. Insuper duplicatis qualitatibus primis mixtum quodlibet affici, calore (scilicet) duplici, humore, siccitate, frigiditateque. Quare oppositam opinionem, vt merum figmentum, missā faciamus: vtpote quæ non minùs falsa sit, quàm eorū existimatio, qui calorem in elementaré & cœlestē, virtualem & intentionalem separant. Sunt enim mōstra in philosophia minimè ferēda. Nil enim Naturalis philosophus admittere debet, quod aut sensus non probet, aut ratio non demōstret: frustra siquidem per plura fiūt, quæ per pauciora fieri possēt. Niphus aliam est adorsus opinandi viam, mediamq; sententiā defendere videtur, has (scilicet) qualitates bifariā considerari posse: primùm in ratione obiecti, quo modo eiusdē censentur rationis: aliò modo in ratione subiecti, & sic differentis sunt naturę. Vt visus meus atq; aquilæ in ordine ad obiectū, quatenus perceptiuus est colorū, eiusdē sunt naturę, quam ab vnitate obiecti sortiuntur: in ratione verò subiecti necessariò specie distinguuntur, siquidē diuersarū sunt naturarū. Sic etiā in re presenti, caliditas aëris & ignis respectu obiecti, hoc est respectu trāsmutationū, & cōtrarietatis, atq; etiā respectu sensus tactus, eiúsdē sunt speciei: at verò respectu aëris & ignis, quæ vt subiecta perficiunt, minimè. Quā distinctionē vt philosophicā, atq; vt à nobis explicatā hīc & lib. 1. Cœli tex. 9. libentissimè amplectimur, vt nos illic de motibus, &. 4. Cœli de grauitatibus & leuitatibus diximus. Tamen re vera locum in præsenti negotio nō habet: siquidem Aristo. de istis qualitatibus hoc in loco, vt principia formalia sunt elementorū constitutiua, loquitur. Qua etiam ratione, omnes quas posuimus rationes ad probandum specie non differre, vrgent: nimirum vt respiciūt subiectum. Ob idq; eius distinctio præsenti negotio minimè accommodatur: cùm semper & Arist. & nos de his qualitatibus, quatenus respiciunt & constituunt elementa, loquamur. Quare nodus difficultatis est, an in ordine etiam ad subiectū differānt specie: quod Niphus cum aliis affirmat, nos verò negamus. Argumenta autem in oppositum nullius sunt momēti. Nam primū, quod à paritate rationis procedit ex motiuis ad alteratiuas, nihil colligit: cùm alteratiuę primæ sint & constitutiuæ: motiuæ autem, vt propriæ passiones, diuersum atq; diuersimodè constitutum sequantur subiectū. Reliqua verò argumenta non concludunt, quod intendunt: quia res omnes pensandæ sunt ex prioribus primariisq; actibus & per se, non ex posterioribus secundariis & per accidens, quę ab externis affectionibus determinantur, adiunctis diuersis substantię modis atq; qualitatibus. Vt in. 2. argumento, aërea humiditas fouet, aquea extinguit: ex raritate densitatéve quę substantiæ modum insequuntur: vt in. 3. argumento, siccitati ignea caliditas compossibilis est, non autem aërea, propter adiunctam humiditatem, quæ in aëre summa est, atque siccitati simpliciter contraria. Idem est de quarto: nam (vt in primo dicebamus) motiuæ qualitates ex diuersis cōstitutionibus oriuntur. Cæterùm quintum argumentum cōtrouersiam exposcebat, quæ medicorum propria est: tamen cum illis distingui mixtorū calores, vt in febrilem & naturalem, negamus. Nil enim aliud febrilis calor est, quàm natiuus præter naturā in igneā naturam conuersus, teste Galeno in enarratione. 16. aphorismi primæ particulæ aphorismorum Hippocratis. Id verò quod obiter in eodem. 5 argumento additur de distinctione propriorum subiectorum, in distinctione Niphi paulò superiùs exposuimus.

Niphus.

Autor.

Nodus quæstiōis

Ad. 1.

Ad. 2. 3. et 4.

Ad. 5.

Galenus.

SVMMA CAPITIS.

Duas ponit Arist. conclusiones: tres rationes, & vnū corollarium ad primā: demonstrationē ad impossibile ad secundam.

¶ *Attamen verū naturaliū (sicut nōnullis placet) nullū ex elemētis materies*

1. Cœlu.

1. Ratio. *est. Itaq; si vnum, aër (scilicet) vel aqua vel ignis, omnia esset: transmutatio, quę*
2. Ratio. *in contrarium fit, non accideret. Præterea vno aut altero quouis elemento manente, alteratio esset & non generatio.*
3. Ratio. *Insuper simul aërē & ignē, atque cætera quæ aduersantia sunt, simul admit-*
Corolla. *tes. Erit ergo præter elementa quædam communis natura, quam materiam appellamus, subiecta omnibus elementorum transmutationibus: vnū enim ex*
2. Cōclu. *quo omnia fiāt oportet esse. Cùm autē mutuò in sese transmutari elementa, & modū transmutationis docuerimus, rectà nō procedere est necesse. Secus enim*
Demonstratio ad impossibile. *in uno infinitæ essent contrarietates. Nā cùm quodlibet eorū in quoduis ex infinitis transmutari natum sit, atque cùm generatio ex contrario in cōtrariū fit: sequitur infinitorum elementorum infinitas esse contrarietates: nouo enim sumpto elemento, nouam etiam oportet qualitatem atq; adeò contrarietatē excogitemus. Quod non solùm rationi est dissentaneum, sed repugnans: nā quomodo generatio per transitum infinitorum fieret?*

CAPVT. VI.

Text. 37. ¶Mirabit porrò aliquis eos, qui elementa corporum vno plura esse dicunt, ita vt in se non trasmutētur, sicuti Empedocles inquit, quo pacto ipsi elementa esse cōparabilia dicere queant. Atqui ille ad hunc modum ait. Nā æqualia sunt hęc omnia. Si igitur secūdum quantitatem, idem quid omnibus ineſſe cōparabilibus quo mensurentur, est necesse: vt si ex àquæ sestario vno, aëris decē fiāt: ergo idem quid vtraq; sunt, si mē surentur eodem. Sin verò nō hoc pacto secundum quantitatem, vt è quanto quantum, sed quantùm possint, velut si aquæ sestarius æquè frigefacere, atq; aëris decem possit, atque ita secundum quātitatem, nō quatenus quātitas est, sed quatenus possunt aliquid, cō parabilia sunt: fiet sanè vt etiā nō quantitatis mensura secundum potentias, atque vires, sed proportione comparentur, verbi causa, vt hoc calidum, hoc albū. Sed, vt hoc, in qualitate quidem similitudinem significat, in quantitate verò æqualitatem. Videtur itaque esse absurdum, si corpora illa, quæ transmutari nequeunt, proportione comparabilia nō sint, sed potentiarum mensura, & eo quòd tantum ignis, æquale vel simile calidum sit, atque aëris multò plus. Idem nāque cùm maius est, ex eo quia vnius est generis, hanc habebit ra Text. 38. tionem. ¶At verò neque accretio fuerit secundum Empedoclē, præterquā quæ additione fit: nā igni ignem augeri censet: inquit enim, Auget terra quidem propriū genus, ætheraq; æther. Hæc autē adijciuntur, apponunturq;. At ea quę incremēta suscipiūt, nō

ad hunc

ad hunc modum augeri videtur.
Text. 39. ¶Longè autē difficilius fuerit eidem de generatione, quę natura fit, rationem assignasse. Nam omnia quæ natura gignuntur, aut semper sic, aut plerūq; fiunt. Quę verò non semper, aut plerunque fiunt, à casu, & fortuna fieri asolent. Quænam igitur causa est, vt ex homine homo aut semper, aut plerunque: & è tritico triticū,
Text. 40. sed non oliua, oriatur? ¶An si ita componatur os? non enim vtcūq; quemadmodum inquit ille, sed ratione quadam coëuntibus fit aliquid. Quænam igitur horum causa est? non enim ignis, vel terra, causa exīstit. ¶At verò neq;
Text. 41. concordia, aut discordia: etenim hæc segregationis, illa verò congregationis solùm, causa est. Hoc autem est cuiusq; essentia: sed nō mistio, mistorumq́; prius diuulsio solùm, quemadmodū inquit ille. In hisce nanque fortuna nominari solet, non ratio: fieri enim potest, vt aliqua, vt contingit, ac temerè misceantur. Itaque sic sese habere, eorum quę natura cō stant, causa exīstit: atque cuiusq; natura hæc est, de qua nihil meminit. Nihil ergo de natura dicit. At verò hoc, ipsum bonū exīstit. Porrò ille solā mistionem collaudat. Atqui discordia haudquaquam secernit elemēta ipsa, quæ natura Deo priora sunt, sed concordia, dij autem & hæc quoque sunt. ¶Præterea de motu simpli- Text. 42.
citer dicit: non enim satis est dicere concordiam, & discordiā mouere nisi hæc concordię ratio sit, motū inquam tali ciere, & discordiæ tali. Igitur aut definiuisse, aut supposuisse, aut exactè vel molliter, vel alio quolibet modo demōstrasse, oportebat. ¶Insuper Text. 43.
cùm vi, & præter naturam moueri corpora videantur, per naturā quoque mouētur: vt ignis ad superum quidem locum nō vi, sed ad inferum vi, fertur. Vi autem & natura, contraria sunt. Contingit autem vi moueri: ergo & natura quoq; motu cieri contingit. Concordia igitur illo motu mouet, aut non mouet. Nam terrā deorsum ferri, concordiæ contrarium est, & segregationi simile exīstit, potiusq́; discordia, naturalis motus causa est, quàm concordia. Vnde fit, vt omnino cōcordia potiùs præter naturam exīstat. Simpliciter autem nisi concordia, aut lis moueat: ipsorum corporū nullus motus statúsue est. At hoc absurdum est. ¶Adhæc, videmus Text. 44
corpora motu cieri. Nam discordia segregauit. Aether autem in sublime subuectus non à discordia fuit. Sed interdum illum velut à fortuna sublatum asserit: sic dicens, Nam plerunque aliter, sed tum sic fortè cucurrit. Interdum ignē sursum ferri aptissimū esse: inquit enim, Ast æther, lōgis

sub humum radicibus ibat. Et insuper ipsum quoq; mũdum similiter nunc tempore discordiæ: vt priùs tempore concordiæ habere dicit. Quid igitur mouens primum, motionisque causa existit? non enim discordia, & cõcordia: verùm hæc alicuius motus causæ sunt. Quòd si sint, illa principium erit. Text.45. ¶Porrò absurdũ est animam ex elementis constare, aut elementorum vnum aliquod esse. Quomodo enim animæ alterationes, ceu musicum esse, & rursum nõ musicum, aut memoria, aut obliuio, erũt? Perspicuũ enim est, quòd si anima ignis sit, eædẽ illi quæ igni vt ignis est, affectiones competent. Si verò ex elemẽtorum mistura constet, corporeę. At harum, nulla corporea existit. Verùm de hisce considerare, alterius contemplationis est officiũ.

¶De ipsis autẽ elementis, ex quibus corpora cõstãt, ijs quidẽ qui commune quid esse, aũt ea inter se transmutari putant, si ex hisce alterũ, & alterum quodque contingat est necesse. Qui verò generationem mutuam nõ faciũt, nec è singulis singula, sed velut è muro lateres gigni volunt, absurdũ quid dicunt. Nã quî carnes, & ossa, & cæterorum quoduis ex illis erunt. Quod autem dicitur dubitationem habet, etiam apud eos qui generationẽ mutuã astruunt, quonam pacto ex ipsis diuersum quid ab eis oriatur. Verbi causa, ex igni aqua fit, & ex aqua ignis: nã subiectũ cõmune quid existit: sed & caro, atque medulla ex eis fiunt: at hæc, quo modo? Etenim illis qui perinde vt Empedocles dicunt, quisnam erit modus? Nam compositionem esse, quomodo è lateribus, atq; lapidibus fit murus, necesse est: & hæc mistura, ac congeries, ex conseruatis quidem, sed secundum exiguas portiones iuxta sese compositis erit elementis. Adhunc itaque modum, caro, & cęterorum quodque fiet. Text.47 ¶Accidit autẽ vt non ex qualibet carnis parte ignis, & aqua gignantur (sicuti ex cera, ex hac parte pila, ex aliqua alia meta fieri potest) sed ex vtraque vtrunq; fieri queat. Hæc itaque hoc gignunt modo ex carne, ex quauis parte vtrunq;. At hisce qui

Text.46.

¶In hoc cap. Aristo. totus est in Empedoclis exterminãdis atq; relegãdis erroribus, quos tam circa augmẽtationem, quàm generationem & motum defendit. Quod, quia parũ habet frugis, & animo nunquam fuit, cõtra Antiquorum placita disserere, quorum nos latent sententiæ, pergendum nobis erit vlteriùs. Modò interim aduertamus, tex. 45. vltimo huius capitis, Aristotelem sentire animam incorpoream, probareque: quoniam si ignis, terra, aut aliud corpus vllum esset, eius affectiones corporeæ essent: at eius affectionum nulla corporea existit: ergo & ipsa anima corporea non est. Quam contemplationem cum Aristotele in libros de Anima examinandam transmittimus.

Nota.

CAPVT. VII.

qui illo modo dicunt, ex quauis vtrunque gigni non potest: sed perinde fit vt è muro lapis, & lateres, ex alio loco ac parte vtrũq;. Text.48. ¶Pari modo & hisce, qui ipsorũ materiam vnã faciũt, dubitatio quędã obrepit, qualiter ex ambobus, calido inquam & frigido, aut igni, & terra, quippiam erit. Nã si caro ex ambobus sit, & neutrũ illorum, nec rursus seruatorum cõpositio, quid restat id esse prẽterquam materiam quod ex illis constat? Nam corruptio alterius aut alterum facit, aut materiam. Igitur postquam calidum, & frigidum intensionem, remissionemq; suscipiunt: cùm simpliciter alterum actu fuerit, tunc alterum erit potentia. Cùm verò non prorsus, sed frigidum vt calidũ, & calidum vt frigidum fuerit, propterea quòd quæ miscentur suas exuperantias vicissim corrũpunt: tũc neque materia erit, neque illorum contrariorũ vtrunq;, sed intermedium, actu simpliciter erit. Porrò quò potentia magis calidum est quàm frigidum, aut contrà: hoc duplo, aut triplo, aut alio id genus modo magis calidum potentia, quàm frigidũ existit. Alia itaq; mista, ex contrarijs erunt, aut elementis: & elementa ex illis quodammodo potentia existentibus, non tamen sicut materia, sed dicto modo. Atque hoc quidẽ pacto mistio, illo verò materia id, quod gignitur, existit. Prætereà & ipsa contraria pati solent, quemadmodum antè præfinitum est. Etenim actu calidum, potentia frigidum est: & actu frigidum, potentia calidum. Quare nisi ad ęqualitatem redacta sint, in se mutuò transmutantur. Simili modo, & in cæteris contrarijs.

Atq; primò quidem elementa ipsa ita transmutantur: deinde ex hisce carnes, & ossa, & eiusmodi fiunt, cùm illa calido quidem in frigidum, & frigido in calidum transeunte, ad mediocritatẽ venerint: hic enim neutrũ est, mediocritas autem multiplex est, & nequaquam indiuisibilis. Similiter humidum, & siccum & alia, carnem, ossaq;, & cætera id genus mediocritate efficiunt.

¶Totum istud caput de mixtione est: quam, quia. 1. lib. cap. vltimo ex veterũ philosophorum placitis ad amussim definisse memini, nil est quod in prẽsentiarum remorari aut retardare debeat. Dicit itaque Aristo. ex elemento vno mixtum non constare, nil siquidem seipsum corrumpit. Nec duobus tãtùm componitur: nam si symbola essent, alterũ superaret, aut neutrum ageret: dissymbola autem si forent, in tertiũ desinerent. Si ex tribus verò mixtũ coagmentaretur, symbola duo tertiũ corrumperẽt. Oportet ergo cuiuis mixto quatuor adesse elementa: nisi virtus cœlestis alicuius ex elementis virtutem suppleat. Neque misceri elemẽta cũ Empedocle per iuxtapositionem & compositionem afferendum est, instar domus atq; muri, quæ lateribus & lapidibus constant. Sed mixtura debet esse ex refractis atq; ad mediocritatẽ redactis elementis, vt (scilicet) obtusis eorũ cacuminibus & excellentiis, in quẽdam substantiæ medium modum, in quo potentiâ maneant, descendant. Id autem quod Arist. dicit in calce tex. 46. mixturam, congeriem

esse ex conseruatis coaceruatisq; elementis & secundum exiguas portiones iuxta sese positis, non fauet dicẽtibus elemẽta formaliter manere in mixtis. Tum q̃ mixtionem crasso & sensibili exemplo, vt intelligere valeamus, exponit: tũ etiã q̃ de mixtione in fieri loquitur, non in facto esse: adde q̃ id iam primo libro appositè exposuerat. Nõ est igitur, quòd ex hoc loco pro suo errore confirmando subsidiũ petant, cùm ipse statim subdat: Ad hunc igitur modum caro & cæterorum quodque fit, & insuper ex qualibet parte quodlibet gigni elementum est necesse. Addit reprehendendo contrariam sententiam: At hisce qui illo modo dicũt ex quauis vtrunque gignere non possunt, sed perinde fit vt è muro lapis lateres, ex alio atque alio loco vtrunque. Ergo non per compositionem & iuxtapositionem (vt illi censebant) fit mixtio. Pari quoq; modo scrupulũ nascentem tollit, cùm faciamus omniũ vnam subiectam materiã, qualiter ex ambobus (inquit) calido, scilicet, & frigido quippiam erit. Hoc cum præcedenti simul soluit: q̃ cùm calidum & frigidũ intendantur & remittantur, cùm simpliciter vnum in actu est, reliquum est in potentia: atq; adeò cùm miscentur, illas exuperantias & excellentias amittunt: vt hac ratione mixtum neq; materia sit elementorũ, neque ipsa contraria elemẽta, sed inter extrema simpliciter medium quoddã. Multiplex enim mediũ est, quod diuisibile est virtute, forma autem vnum & indiuisibile: quod ex varia elementorum proportione, hoc dupla, illud tripla, aliud sexquialtera, & sic deinceps in infinitum, generatur: ex ea scilicet proportione qua se mutuò transmutare nequeunt, sed ad æqualitatem quandam reducuntur. Est enim simplex & vnum extremum, mediocritas autem multiplex est, amplamq; latitudinem continet.

An detur qualitatũ mediũ tẽperamẽtũ sicut & formarũ substãtia-liũ elemẽtorum.

¶ Dices, formæ substantiales elementorũ manent in medio, id est in mixto, virtute tãtùm & non actu. Pari igitur ratione de qualitatibus contrariis censendum erit: sicut colores medii inter albedinem & nigredinem, formaliter ex albedine & nigredine non conflant, sed in quodam medio, veluti in mixtione elementa, contemperantur. Quare sicut mixti forma nulla forma ex elemẽtis est, sed alia media ponit, quæ distincta est à qualibet ex quatuor formis elementorum: ergo qualitas media etiam erit ab extremis distincta. Auicennas ita asseruit, non in qualitatũ proportione constitutionem nostram consistere, sed in media aliqua affectione ab omnibus discreta. Contrariũ autem Aristo. refert perfunctoriè, cap. de Qualitate in Prædicamẽtis, &. 10. cap. lib. 1. Posterioris Analyseos, sanitatem non fictam hanc qualitatem, sed calidorum frigidorum humidorum & siccorum temperationẽ appellat: in quibus dicit esse per se alterationem lib. 7, Phy. cap. 2. & nõ in sanitate. Sunt igit illic formaliter. Quibus Gale. adstipulatur libello cui titul⁹ est Fi nitiones medicę. Quod nos facilè demõstrabimus. Nam qualitas illa, in horas singulas atq; momenta, varia esset, ob continuas mixtorũ affectiones & permutationes. Prætereà (rogo) cùm cordis temperies à cerebri temperatura differat, quî fiet, vt in nobis per vnã illam qualitatem vna ponatur constitutio? Rursus quærerem etiam, qualitas hæc media actiua ne sit, an passiua: quod non facilè expedient. Asserent (vt existimo) vtrũq;: atq; adeò aduersantia & contraria esse. Satius ergo est dicamus, temperaturam esse horum accidentium, quoniam nil est quod vetet ea formaliter esse: quod substantiæ repugnãs est. Nam (vt alia prętereamus argumenta) quomodo vna qualitas, vtpote calor lædi posset, aliis omnibus qualitatibus illæsis manentibus? Quinimò vna qualitate læsa omnes simul virtutes pati & deturbari oporterer. Sed omittamus ineruditorum hominum mores, semper inutiles & superuacaneas qualitates confingentium: qui cùm planiorem & illustriorem existimẽt his doctrinam reddi, nihilo profectò magis obscuriorẽ euadere crediderim, quàm horum portentorũ & figmẽtorum multitudine. Diximus sanè, vnam esse formam mediam, & quendam mediũ atq; vnum substantialem modum, q̃ plures formæ substantiales in eadem materia simul esse non possint, dant enim esse simpliciter, & intensibiles non sunt. Accidentales autẽ formæ diuisibiles sunt gradualiter, vt præcedẽtr lib. cap. 9. in quæstionibus latiùs docuim⁹: quod hîc etiam Arist. text. 48. expressè asserit. Et quia locus illustris est, memoria commẽdetur, oportet. Inquit enim Arist. Igitur postquàm calidum & frigidum intensionem & remissionem suscipiunt: cùm simpliciter alterum actu fuerit, tunc alterum erit potentiâ: cùm verò non prorsus, sed frigidũ vt calidum, & calidum vt frigidum fuerit, propterea quòd quæ miscentur suas exuperantias vicissim corrũpunt, &c. Hęc de qualitatibus Arist.

Auicẽnas

Galenus

Arist. De formis verò substantialibus elemẽtorũ paulò inferiùs dixit: Ex illis quodammodo potentia existentibus, non sicut materia, sed dicto modo. Ergo nostra solutio atq; sententia, expressa est Aristotelis mẽs. Qualitates verò secundæ, quę perinde ac mixta corpora, ex quatuor primarum contemperamento resultant, mediam quandam habent ob id qualitatem, quarum ratio longè diuersa est ac de primis. Quo fit, in mixtis vnionẽ illam, vt est qualitatũ primarum, complexionem esse: vt verò est elementorũ, mixtionẽ. Cæterum illo modo formaliter qualitatibus, hoc modo elementis virtualiter manẽtibus.

Nota.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. Arist. proposito propriæ sententiæ principio communi, arguit non posse esse veram mixtorum generationem, contra Empedoclẽ, duabus rationibus. Deinde veritatem determinat.

Principiũ *¶ Elementis ipsis, ex quibus mista constant, quandam communẽ naturam vt transmutari queant, rectè quidam adstruuunt. Nam qui dicunt elementa generari, vt ex pariete lapides atque lateres extrahuntur, & non ex qualibet mixti parte, incommodo vrgebuntur.*

Empedoclẽ redarguit.

1. Ratio. *Quomodo saluabunt ex elementis compositis & non vere mixtis, generationẽ mixtorum? Deinde non accidet, vt ex qualibet carnis parte elementa gignantur. Igitur postquam elementorum differentię contrariæ sunt, quæ intensionẽ & remissionem suscipiunt: mixtũ supposita materia generabitur, elementis nec omnino actu neque omnino potentiâ manentibus. Intensiones enim eorũ corrumpuntur, variaq; mixta ex varia inter sese elementorum proportione, fiunt: quorum mediocritas ex adæquatione potentiarum est perfecta.*

2. Ratio.

Veritatis determinatio.

CAPVT. VIII.

¶ Omnia autem mixta corpora, quæ circa locum, qui medio vniuersi tribuitur, collocata sunt, ex simplicibus constant omnibus. Nam terra quidem ideò cunctis inest, quòd vnumquodque maximè, & vt plurimum, in proprio terræ loco existit. Aqua verò, quòd composita finiri oporteat, & illa è simplicibus sola, bellè terminari queat. Prætereà quòd & terra sine humiditate consistere non possit, sed humiditas id sit, quod continendi vim, ac coërcẽdi habeat: nã si humiditas à terra prorsus eximatur, ea defluet profectò. Terra igitur, & aqua, has ob causas insunt. Item aër, & ignis, quò terræ, & aquæ contraria sint. Nam aëri terra, & aqua igni contraria est: quantum substantiam substantiæ contrariam esse contingit. Cùm igitur generationes è contrarijs sint, & contrariorum extremum alterũ insit, alterum quoq; inesse est necesse. Quare in omni composito, simplicia omnia inerũt. ¶ Sed & id cuiusque rei nutricatio comprobare videtur: omnia enim eisdem aluntur quibus constãt: omnia siquidem pluribus alũtur. Nam quæcũque vno solo ali maximè videntur, vt plãtæ aqua, pluribus alũtur: terra enim aquę admista est. Quamobrem ipsi quo-

Text. 49

Text. 50.

que agricolæ miſcentes irrigare conãtur. Cùm autem alimentum ad materiam pertineat, quod autẽ nutritionem ſuſcipit cum materia coniunctum forma ſit, atq; ſpecies: rationi conſentaneũ fuerit, ex omnibus ſimplicibus corporibus quæ mutua generatione oriuntur, ſolum ignem nutriri, quemadmodum & priores aiunt: quippe qui ſolus, ac maximè forma ſit, propterea quòd ſuapte natura ad terminum fertur vniuerſi. In ſuum autem locum quodq; ferri natum eſt: forma verò ſpecies q; omnium, in ipſis conſiſtit terminis. Quòd igitur corpora omnia ex ſimplicibus conſtent, dictum eſt.

Capitis p poſitum.

¶Capite præcedenti determinauerat Ariſt. ex elementorũ adęquata potentia mixta corpora generari, nunc verò id quod continuò quærendũ videtur, definit: Ex quot (ſcilicet) elementis mixta componantur, an ex omnibus neceſſariò conſtent, an verò ſat ſit, ex aliquibus fieri. Concluſionẽ ſtatuit: Mixta omnia ex ſimplicibus omnibus elementis conſtare debere. Quod inductione manifeſtat: de terra in primis, ſiquidẽ in loco terræ mixta omnia (vt in plurimum) generantur. Deinde de aqua, vtpote cuius ratione cætera bene ſint terminabilia, quod aëri atq; igni ob nimiam raritatem minimè conuenit. Inſuper quia ſi terra eſt, aquã adeſſe oportet, quę terrã decidere & quaſi in cineres defluere prohibeat, vt aquæ humiditate mixta conſiſtãt, ſolida ſint, atq; compacta. Eſt enim humiditas, quę continendi atq; coërcendi vim habet, quæ ſi prorſus à terra auferat, ipſam defluere oportet. Dices, ex his ſequitur, terram elementarem minimè continuam eſſe: teſtatur enim hic Ariſt. ob nimiã eius ariditatem ſublata humiditate, nil omnino manere qđ contineat & partes ipſius coniungat. Dicendum, continuam eſſe terram, ex cõmuni atq;

Obiectio de terræ continuitate.

Solutio.

continuo loco: præterea ex appetitu partiũ in eum locum, quęq; enim partes vnum centrum petunt, in quo ſe vniunt. At Ariſto. de ea continentia & continuitate loquitur, quę ad mixtorum rationem ſpectat, vbi elementa contineri & coërceri oporteat. Pergit Ariſto. in ſua inductione, arguitq́ue: ſi terra & aqua ſunt, ignẽ etiam & aërem oportet eſſe. Nam ſi ſunt duarum cõtrarietatum duo extrema, & alia duo neceſſariò erunt: fiũt ſiquidem omnia ex contrariis. Maximè, quia cùm mixta non poſſint qualitates contrarias habere in ſummo, ſed remiſſas (quarum latitudinem ſemper impletam eſſe docuimus) fit, quòd ſi elementa frigida atque imperfectiora in mixtis reperiuntur, potiori iure calida atque perfecta adſint, vtpote quę ad mutuã contemperationẽ apprimè neceſſaria ſunt. Aduerte tamen, Ariſtotelem aëri terram, & aquã igni contraria poſuiſſe: ſed quia in Prędicamento ſubſtantię, &. 5. lib. Phyſi. ſubſtãtiæ affirmauerat nihil eſſe cõtrarium, ſtatim ſe corrigit atq; interpretatur, cũ dicit: Quãtùm ſubſtantiam ſubſtantię contrariam eſſe contingit. Quod etiam hoc libro tex. 24. amplius declarauerat, cum dixit: Omnia autem elementa inter ſe cõtrarietatem ex eo habẽt quia differentiæ ipſæ contrariæ ſunt. Ad quẽ modum. 2. lib. de Cœlo cap. 5. elementa contraria eſſe docet, nimirũ quatenus ſubſtãtiæ contrarietas permittitur, quę ſolùm contraria ponitur alteri ſubſtantiæ denominatione extrinſeca, ratione differentiarum atq; qualitatum, vt hîc idem Ariſto. dixit. Quod ideo dixerim, vt intelligant multi, ſolutionẽ hanc Ariſtotelicã eſſe, & deinceps eam mordere deſinant. Eandem concluſionem rurſus demonſtrat Ariſt. experiẽtia: quoniam ex eiſdẽ ſumus atque nutrimur, quia ſimilia ſimilibus conſeruantur: atqui elementis nutrimur: ergo ex eiſdẽ ſumus. Diſcurſus ex ratione nutritionis fit notus, quæ nihil aliud eſt quàm deperditi reſtauratio, aliquo ſecundũ ſpeciẽ ſimili adueniente. Cuius ſignum atq; experimentum adducit Ariſt. ab ipſis agricultoribus petitum, qui hortos irrigant, vt non terra modò verùm & aqua plantæ ipſæ alantur. Sumus igitur ex quatuor elementorum cõcurſu: nam alimentum ad materiam ſpectare videtur, at verò ipſius conuerſio ad formam: pręter illa autem duo elementa quę alimentum ſuppeditant, & vice materiæ apponuntur, ignem & aërẽ adeſſe oportet, vt alimentum ipſum vice formę tranſmutetur. Cõſentaneum

tanceũ igitur rationi eſt, quodq; mixtũ quatuor ſimplicibus corporibus conſtare. Nam ſi grauia illa duo elementa experimur adeſſe, leuia alia duo ſint etiam oportet. Et ignis maximè, à quo omnis proficiſcitur nutritio: imò ipſum ſolũ nutriri priores philoſophãtes dixere, qui re verã omnium eſt perfectiſsimus. Quod oſtendit Ariſt. ex loco ad quẽ mouetur, nẽpe ad terminũ vniuerſi hoc eſt ad cœlum, tanquam ad ſuam ſpeciem atq; formam: formale enim eſt quod continet, vt. 4. lib. de Cœlo docuimus. Vnde infert Ariſto. formas rerum in ipſis terminis contineri, quaſi dicat cœlum omnia continere, quoniã terminus formalis omnium contentiuus videtur.

Notandũ

Interim admonendus es, lector ſtudioſe, Ariſtotelem non dixiſſe ignem nutriri, tãquam ex propria ſententia locutum: ſed quemadmodum (inquit) priores aiunt. Nam cùm nutritio propriè viuẽtium ſit operatio, igni nõ competet niſi impropriè, per conuerſionem aliorum in ſe ipſum, q̃ ſit cæteris elementis actiuior multò. Præterea attende, de mixtis perfectis mentionem facere Ariſtotelẽ, quę ex concurſu quatuor elementorum cõſtant: non enim meminit mixtorum imperfectorum, vtpote vaporis, & exhalationis, de quibus in libris Mereorolo. acturus eſt, quę re vera, vt cap. 3. primi lib. tetigit Ariſto. veriùs elemẽta quàm mixta dices. Neceſſum igitur eſt, in mixto omnia contraria elementa congredi vel formaliter, vel aliquod quod eius vicem ſuppleat, vt cœlum, quod virtute ſua vices omnium elementorum gerit. Qua ratione Ariſt. in calce huius cap. viſus eſt aſſere re, formas rerum eſſe in terminis: vt hoc teſtimonio tacitam dilueret obiectionem, q̃ licèt non ſemper omnia quatuor elementa in ſe ſecundũ proprias formas ad mixti generationem conueniant: cœlum, quod virtute omnia eſt, eius elementi quod fortè fortuna abeſt, partes agit & vices ſupplet. Quod ideo dixerim, vt noſtram etiam ſentẽtiam de motu grauium & leuium, 4. Cœli cap. 3. traditam, & lib. 1. de Generatione cap. 9. expoſitã, Ariſtoteleam eſſe oſtenderem. Quo fit, argumentum Ariſt. quod à plantis ſumit, collegere, camaleonta, halecem, talpam, & ſalamandram ſimplici aliquo elemento non nutriri. Nam ſi plantæ, quæ minùs mixtæ ſunt, ad ſui nutritionem omnibus indigẽt elemẽtis, multò potiori ratione animalia illa ex omnibus nutrientur elementis. Camaleonem igitur aëre, halecem aqua, talpam terra, ſalamandrã igne nutriri, fabuloſum eſt, aut à prędominã te intelligendum.

Nota.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. vnam concluſionem, duabus rationibus demonſtrat: ad ſecundam vnum corollarium adducit.

¶*Omnia autem mixta corpora, quæ in medio vniuerſi collocantur, ex ſimplicibus conſtant omnibus. Nam ex* Cõcluſio

1. Ratio.

terra patet conſtare, quòd vt in plurimum in proprio loco terrę exiſtant. Ex aqua, propterea quòd terra ſine humiditate, quæ continendi & coërcẽdi vim habet, conſiſtere non poſſit. Ex aëre autem & igne, quòd terræ & aquæ contraria ſint, et ſi contrariorum extrema ſunt, reliqua etiam eſſe oportet. Id 2. Ratio.

etiam probari videtur, ex eo quòd eiſdem ſumus & nutrimur: nam & plãtæ, quæ vno ſolo videntur ali, pluribus elementis aluntur, nam aquam terræ agricolę miſcentes, irrigando nutrire conantur. Cùm autem alimentum ad materiam nutritionis pertineat, neceſſum Corolla.

fit, formã ipſius adeſſe: ſolus enim ignis, qui maximè forma eſt, nutriri dicitur. Perfectiſsimus autem deprehenditur, quoniam ad terminum vniuerſi, vbi ſpecies & forma omnium rerum conſiſtit, mouetur.

CAPVT. IX.

¶Cùm autem nonnulla generabilia, corruptibiliaq́ue ſint, & generatio in eo, qui circa mũdi me- Text. 51.

dium

dium eſt,loco ſit:de omni generatione ſimiliter, & quot, & quæ ſint eius principia dicendum eſt: ſic enim facilius ſingularia contemplabimur, cum de vniuerſalibus priùs ſumpſerimus. Sunt igitur tot numero,&genere eadem, quæ in æternis, primisq;. Nam alterum vt materia, alterum vt forma exiſtit: oportet autem & tertium inſuper adeſſe. Nã duo haudquaquam ſatis ſunt ad generandum,ſicuti nec in ipſis primis. Igitur quod eſſe, & non eſſe poteſt, generabilibus cauſa vt materies exiſtit. Nam quędam neceſſariò ſunt,ceu æterna: quædam neceſſariò non ſunt. Quorum,illa quidem non eſſe, hęc verò eſſe eſt impoſſibile,eo quòd fieri non poſſit vt neceſſarium aliter ſeſe habeat. Nonnulla & eſſe poſſunt,& non eſſe:de quorũ numero generabile exiſtit, atq; corruptibile,hoc enim interdum nõ eſt,interdum eſt. Quare neceſſe eſt vt generatio, atque corruptio circa id ſit,quod eſſe, & non eſſe poteſt. Quocirca & hoc, cauſa vt materies generabilibus exiſtit, At forma ſpeciesq;,vt cuius gratia:hæc autem eſt ſubſtantiæ cu-
Text. 51. iuſque ratio. ¶Oportet autem & tertium quoque adeſſe, quod omnes quidem ſomniant, nemo tamen dicit. Sed alij ſpecierum naturam cauſam eſſe ſufficientẽ ad generandum arbitrati ſunt, quemadmodum in Phædone Socrates. Nam vbi ille cæteros increpuit tanquam nihil locutos, eorum quæ ſunt quædam ſpecies eſſe, quædam quæ ſpecies participẽt,&eorum quodque per ſpeciem eſſe dicit, ſuſceptione verò oriri & abiectione interire ſuppo nit.Quare ſi hæc vera ſunt, ſpecies cauſas eſſe generationis & corruptionis neceſſariò putat.
Alij, ipſam materiam, nimirum à qua ſit motus. At neutri rectè dicunt:nam ſi ſpecies cauſę ſunt, cur non ſemper gignunt continẽter,ſed quandoque,& quandoq; non,cùm ſemper tum ſpecies, tũ quæ eas participãt in ratione rerum ſint? Prætereà in nonnullis aliam quandam eſſe cauſam ſpectamus.Nam medicus in corpore ſanitatem efficit, & ſcientiam ſciens,exiſtente & ipſa ſanitate, & ſcientia,& hiſce quæ eas parti cipant. Eodem modo & in cęteris,quæ facultate quadam fiunt.

Argumẽtũ ſiue capitis propoſitum.

¶Iã Ariſtoteles de cauſis generationis, principiisq; corruptionis inueſtigare inſtituit. Siquidem hęc inferiora ad actiones & paſsiones minimè ſufficiunt,non concurrente aliquo ſuperiori agente perpetuo, quod generationes rerum continere,atque ceſſationes omnium reparare ſufficiat. Atq; cùm de mixtorum elemẽtorumq; negotio preſsiùs multa in libris Meteororum dicturus ſit,de animalibus etiam atq; de metallis in aliis libris, hîc ſolùm in communi vniuerſim dicturum ſe pollicetur. Rationemq; ſufficientem ſubiungit: Quoniam ſic faciliùs ſingularia contẽplabimur,cùm de vniuerſalibus priùs ſumpſerimus. Hic enim optimus eſt in ſcientiis procedendi modus,atque noſtro intelligendi

di modo magis accommodatus,quandoquidem ab vniuerſalioribus inchoantes, melius ſingularia ipſa exactiusq; deprehendemus. Quam methodũ Ariſtoteles primo de Phyſica Auſcultatione tradit,atq; Auerroës eius Commentator:eſt enim non tãtùm doctrinę,verùm & naturę procedẽdi natiuus modus,ſunt ſiquidẽ vniuerſaliora multò notiora. Quocirca concluſionem ponit, qua poſitam quęſtionem definit(ſcilicet)tot numero & genere eadẽ generationũ principia, ſunt quot in æternis& primis corporibus,nempe materia,forma,& efficiens:quę in vtriſq; tria ſunt. Loquitur ſanè Ariſt. de poſitiuis principiis,qualia illa tria ſunt:præterit autẽ priuationem, vt ipſemet lib.1.Phyſi.tex.68.à ratione principii in illis corporibus cœleſtibus reiecit,nimirum quòd principiũ ſit per accidens rei in facto eſſe. Quare antequàm vlteriùs pergamus, apertè hîc Ariſto.teſtatur in cœlo materiam eſſe: quod lib.1.de Cœlo latiùs ex aliis etiam locis deduximus & rationibus confirmauimus.Inſuper quòd materia noſtra cũ materia cœli minimè ſit naturâ diuerſa:eſt enim teſte Ariſto.hoc loco, genere eadem,ſed tamen ſua forma ſatiata, ex eo q̃ tex.proximo dicebat,formas rerum in terminis eſſe.Ideo illa materia,licèt potentia phyſica & tranſmutabili non ſit eadem,potentia tamen metaphyſica eadem ſanè eſt: quod latiùs lib.1.de Cœlo demonſtrauimus. Poſitã autem concluſionem probat,nõ aliter Ariſt. quàm principiorum illorũ triũ enumeratione:quorum duo cùm ad generationem non ſufficiant,diuiſione colligit,prętęr materiam & formã,opus eſſe efficiente, quod generet. Quædam (inquit) neceſſariò eueniunt ſiue ſunt,vt Deus atque intelligentiæ:quædã autem impoſsibile eſt euenire, ſed neceſſe eſt nunquam eſſe,vt figmenta,vacuum, & infinitum.Inter quæ extrema medium quoddã reperias oportet:nam ſicut illud ſemper ad eſſe,hoc autem ad nõ eſſe determinatur:nõnulla ſanè eſſe debent(de quorũ numero generabilia & corruptibilia ſunt) quæ quãdoq; eſſe,quandoque non eſſe oportet. Si igitur potentiam habẽt ad eſſe & ad non eſſe, circa quę generatio atque corruptio contingunt, oportet vt materiam habeant,quæ(vt.1.lib. cap.3.dixim⁹)generationis atq; corruptionis cauſa eſt. Et prętereà formã adeſſe oportet, quæ act⁹ & entelechia eſt, cui⁹ gratia omnia fiunt:nam,vt.1.Phyſi.text. 81.dicitur,forma bonum quoddam diuinum &appetibile eſt, & adhuc magis natura quàm matetia.2.Phyſico.tex.12.Prętęr quę tertium, quod generet atque efficiat,adeſſe oportet:quod refert Ariſt.omnes nominaſſe & quaſi ſomniaſſe, dixiſſe tamen neminem.Itaq; ante ipſum,omnes quaſi ab ipſa veritate coacti, tertium hoc principium eſſe dicebant: nam cùm nil ſeipſum efficiat,forma ſui ipſius principium non erit:atq; cùm materia vim effectiuã habeat nullam,tertium ſpeciei effectiuũ principium intelligebant,quod tamen in ſpecie ſingulatim non declararunt. Quamobrem Plato finxit,Idęas cauſam eſſe efficientem t quas cùm aliis locis ſimpliciter releget Ariſto. hîc eis cauſæ efficientis rationem cõperere duabus de cauſis negat.Primò, quia cùm perpetuę cauſæ ſint,cauſam continentem aſsignare oporteret,quare res quę ipſas participare poſſunt,non ſemper generent.Deinde quoniam in aliis aliam ab Idęa cauſam efficientẽ ſpectamus:nam medicus corpori ægro ſanitatem inducit,atque doctor ignorantem inſtruit:quo pacto ſe habẽt cætera,vnũquodq; enim ſecundum propriam naturam,ſpeciem atque formam inducit.

Priuatio nõ eſt in cœlis.

Materia cõſtat cœleſtia corpora.

Platonis ideæ relegantur.

¶Quòd ſi qui materiã ipſam ob motum generare dicant,naturaliùs profectò dixerint,quàm qui ita dicunt. Etenim quod alterat, quodque tranſfigurationem facit,cauſæ vt quippiam oriatur rationem ſibi vendicat magis.Et in omnibus ex æquo tam hiſce,quę natura conſtant, quàm quæ ab arte proficiſcuntur,hoc agens dicere conſueuimus, quod mouendi vim obtinet.Verùm enimuerò & hi quoque non rectè dicunt.
Pati nanque & moueri materiæ eſt:agere verò & mouere,alterius potentiæ: palàm autẽ eſt cùm in ijs quæ arte,tum in ijs quæ natura fiunt:nam neq; aqua ex ſe animal facit, ſed natura: neq; lignũ lecticam,ſed ars. Quare & iſti ob
Text. 53.

id

id, & quia potiorem omittunt causam, haud rectè dicunt: quidditatem enim, formamq; exterminant.

Democritus refellitur.

¶Præterea alii materiam ob motum generare dicebant, vt Democritus, qui atomorũ cõcursu omnia generabat. Quam positionem Arist. magis naturalem priori appellat: nimirum q̃ nõ de formis abstractis, vt illa, loquatur: sed de rebus motui, atq; materię (vt philosophum naturalem decet) concretis. Tamẽ est falsa existimatio. Primò, quia cùm agẽtis proprium sit agere & transmutare, materiæ verò pati atq; transmutari: materia, quæ natura sua patitur atq; trãsmutatur, mouẽdi vim minimè obtinebit: nisi velis præter materiã, quę potentia passiua est, alteram mouentem materiam comminisci. Quod secundò probat experimento, nam neq; animal ipsa producit aqua, neq; lignum lecticam construit, sed præter hæc requiritur producens: in illo, aliquid quod ad naturam, in hoc autẽ quod ad artem spectet. Postremò hos increpat Arist. quòd potiorem omittentes causam, actũ atq; speciẽ & quodquid erat esse, cuius proprium agere est, exterminant.

Text. 54. ¶Præterea potentias, atque vires cõporibus tribuũt: per quas admodum instrumentaliter generant: eam, quæ à specie sumitur, causam auferentes. Etenim quoniam, vt aiunt, calidum segregare, & frigidum cõgregare natum est, & cæterorum quodque aliud agere, aliud pati, ex his, & per hęc gigni, & corrumpi cætera omnia dicunt. At ipse quoque ignis moueri, ac pati videtur. ¶Præterea perinde faciunt, ac si quis serræ, & instrumentorum cuique, eorum quæ generantur causam tribuat. Nam cùm quis serra secat, diuidi quippiam, & cũ corradit, læue fieri necesse est: & in cæteris

Text. 55.

simili modo. Quare si quàm maximè agit, mouetq; ignis: quomodo tamen moueat non vltra contemplãtur, nempe quòd deterius quàm instrumenta. Sed & prius à nobis vniuersaliter de causis dictum est, & nunc de materia, & forma pertractatum, atque determinatum.

¶Arist. (vt vulgò exponitur) in eadem perse- Alex. Philopo. uerat impugnatione. Quanuis Alexander & Philopo. (quicquid dicat Commentator) asserant incipere de nouo argumentari cõtra quosdam, qui Parmenidęi vocabantur: qui potentias atq; vires corporibus tribuebant, per quas valde impropriè, instrumentaliter (scilicet) & organicè, generant. Inquirendum igitur adhuc supereſt principale agens. Frigidum ergo atq; humidum, & reliquæ elementorum differentiæ, non sunt præcipua agẽtia. Nam si hoc dares, subinde cõcedas oportet, ignem (qui maximè actiuus est & nobilissimas habet passiones) debere semper agere, pati verò nunquam: tamen licèt ignis elemẽtorum sit perfectissimũ & maximè formale, patitur atq; circulo ab ipso cœlo in concauo lunæ trahitur: ab alio igitur prouenit, quod sua virtute moueat. Id ipsum etiam in arte, quæ naturę pedissequa est atque imitatrix, perspicuum est. Nam præter materiam, vt lignum, atq; præter instrumenta, vt dolabram & serram: artificem spectamus, qui artem dirigat, & artificia construat. Eodem igitur pacto in naturalibus, efficiẽs contemplandum est: nam qui ignem nullo efficiente extrinseco moueri dicunt, perinde asserunt, ac si securim, nullo artifice secante, secare contendãt.

Quem locum, atq; adeò totius capitis huius propositum atq; contextum, velim notẽt & intelligant ii, qui nostram de motu grauium & leuium sententiam calumniantur. Nam cùm ex nostra parte stet Arist. eius autoritatem, deinde rationem attentè considerent, precamur. Quoniam si virtutem mouendi qualitatibus motuis adscribas, iam certè de instrumentario & non præcipuo agente loquêris: quod Arist. hoc loco apertè reprobat. Si verò præcipuum agens generans dicas esse, quodiam est corruptum: profectò instrumentum

Nota de motu grauium & leuium.

mentum operationes exerceret à nullo præcipuo agẽte motum. Sequitur igitur, grauia & leuia ab aliquo efficiente, quod actu existat, moueri. Quod nullũ cùm sit, præter ipsam vniuersalẽ cœli virtutem (quã expressè ignẽ mouere hoc loco docet Arist. & sequẽti cap. cœlum generans & efficiens vniuersale docet) commẽtitia est omnis alia existimatio: quã optimè lib. 4. Cœli cap. 3. tetigimus, sed meliùs lib. 1. huius, cap. 9. exposuimus. Quam ob causam. 7. & 8. lib. Physi. omne qd̃ mouetur, ab alio moueri docebamur: & primum mouens, illic atq; hoc loco cœlum docuit. Est enim causa immediata duplex, quędã immediatione suppositi, quædã autẽ immediatione virtutis, qualis cœlũ est, qd̃ corrupti generantis vicem gerit. Reducũtur sanè omnes motus inferiores in cœlestẽ, sicut in regulam & omnium aliorũ causam: nimirũ, q̃ totidẽ & ęquales numero sint horũ motuum atq; illorum principia, materia, forma, & efficiens. Ex his enim quæ quotidie experimur, numerum principiorum in perpetuis Arist. colligit.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. Arist. vnam conclusionem, vnica probat ratione: cui annectit tres antiquorum reprehensiones.

Cõclusio

¶Cùm autem nõnulla generabilia sint & corruptibilia, quot & quæ sint eorũ principia dicẽdum: sic enim facilius singularia contẽplabimur, cùm de vniuersalibus prius sumpserimus. Sunt igitur tot numero & genere eadem principia, in primis & æternis, quot in corruptibilibus.

Ratio.

Nam alterum vt materia, alterum vt forma existit: oportet igitur tertium adesse, quod sit efficiens, sine quo duo priora generare nõ valerent. Quędam enim impossibilia sunt, quædã necessaria & perpetua, quædam esse & non esse contingit: circa quæ materia generationis causa existit, forma autem cuius gratia generatio est, tertium tamen efficiens, quod omnes somniant & nullus probat, exigitur. 1. Reprehensio.

Alij enim (vt Socrates in Phædone, postquàm cæteros increpuit vt nihil loquutos) species & Idæas causas rerum dicunt. At continenter, cur non semper generent, dicere deberent. Præterea in nonnullis causam aliã spectamus, cùm medicus sanitatem, & doctor scientiã inducat. Naturalius profectò dixerũt, 2. Reprehensio. *qui materiam ob motum generare dicunt. Sed neque hi rectè dicunt, cùm in omnibus ex æquo, tam hisce quæ naturâ constant quàm quæ ab arte proficiscũtur, hoc agens dicere consueuerimus, quod mouendi vim obtinet: atqui materiæ proprium est pati atque moueri: potioremq; causam omittunt. Præterea ij qui potentias atque vires corporibus tribuunt, per quas generent, haud rectè dicunt. Nimis enim instrumẽtaliter & organicè generant, præcipuam efficiẽtem causam eliminantes: perinde enim faciunt, ac si quis serræ & instrumentorum cuique generandi causam tribuat. Quare si ignis est quod maximè agit atque mouet, & adhuc mouetur: aliud excogitandum efficiens, quod isti non contemplantur.* 3. Reprehensio.

CAPVT. X.

Text. 56. ¶Præterea cùm demonstratũ sit motũ eũ esse perpetuũ, qui lationi accõmodatur: his existẽtibus, & generationẽ quoq; cõtinẽter esse

necesse est. Latio nanque cõtinuè generationem ideo faciet, quia amouet, & admouet id qđ gignendi vim obtinet. Insuper & priora esse dicta rectè, lationẽ inquam mutationum primam esse, & nõ generationem, dilucidũ est. Nam multò magis consonũ est rationi, id quod est ei quod non est, vt nascatur causam esse, quàm id qđ nõ est, ei quod est vt sit. Sed quod lationem subit, est: quod verò oritur, non est. Idcirco & latio generatione prior est. Cùm autem supponatur, & demonstratũ sit continuã rebus ipsis generationẽ, corruptionẽq; competere: & lationẽ generationis causam esse dicam⁹: patet quòd si vnica latio foret, fieri non posset vt ambæ fierẽt, propterea quòd cõtrariæ sunt. Nam idem eodemq; modo semper habẽs, idem facere natum est. Quare aut generatio semper esset, aut corruptio. Multos autem esse motus, contrariosq; aut latione, aut inæqualitate conuenit: cõtrariorum enim contrarię sunt causæ.

Text. 57. ¶ Quocirca & prima latio, ortus, ac interitus causa nõ est, sed obliqui circuli latio: ea nanque & cõtinua est, & duobus motibus fit. Nam generatio, corruptióve si futura sit semper continua, semper quippiam quidem moueri necesse est, vt ne mutationes istæ deficiant: sed duobus, vt ne altera dũtaxat eueniat. Cõtinuitatis igitur causa est, latio vniuersi: accessus verò, & recessus, ipsa decliuitas: accidit enim vt interdũ procul, interdũ propè existat. Atq; cùm interuallum sit inæquale, motus erit inæqualis. Quare si ex eo generat quia accedit, & ꝓpè est: & quia abscedit, & ꝓcul existit, hoc idem corrumpit. Atq; si quia sæpenumero accedit, generat: & quia plerunq; recedit, corrũpit: contrariorũ enim causæ sunt cõtrariæ. Et generatio atque corruptio secundũ naturam, æquali in tẽpore fiunt. Quocirca & cuiusq; tempus, & vita, numerũ habent, numeroq; præfiniũtur: omnium enim ordo est. Et omne tẽpus ac vita circuitu mẽsurat: verũ nõ eodẽ omnis, sed alia minori, alia maiori, mensuratur: alij siquidẽ annus, alij maior, alij minor circuitus, mensura est.

¶ Refutatis illis antiquorũ ignorationibus, Arist. propriã iam molitur sententiã, atq; inquit: Cũ de causis in Physicis habitus sermo sit, & de materia & forma nonnihil hîc dictũ sit, rursus de efficiẽti differendũ, vt veritas determinetur. Et videtur Aristo. statim supponere, materiam & formam causas esse, & cœli motum perpetuum, causam etiam esse generationum atque corruptionum, & in vniuersum perpetuitatis & permanentiæ omnium motuum. Litera ita connectitur. Iam superioribus ostensum est, cœli motum perpetuum, atque etiam mobile & motorem ipsum: quibus perpetuis existentibus, perpetuam & continuam esse generationum seriem, est necesse. Vnde statim cõclusionem infert, de qua superiori capite addubitabatur, videlicet: Motũ cœli perpetuum, continuò adducere & reducere Solem, qui generantis prȩcipui vicem obtinet, vnde necessũ sit perpetuas esse generationes. Quod primò

Capitis huius argumentũ superiori cõnectit.

primò manifestat, ex eo ꝙ primum in vnoquoq; genere causa est omnium eorum, quæ sub illo genere continentur: atq; adeò magis naturæ & rationi consonum, quod semper permanet, quàm quod perit, causam esse, quę generãdi vim obtineat. Ergo causa erit generans atq; efficiens omnẽ motũ, quoniam rationabilius est, vt prius & quod minimè perit, posteriorum & quæ interdum desinũt esse, causa sit: quam ob causam, cœli lationem priorem ipsa generatione rectè poni, asseuerat Arist. Quæ si aduertas, intelliges nostræ sententię de motu grauiũ & leuium manifestè fauere. Pergit Arist. ostendere, vter motuũ causa sit generationũ, qui primi (scilicet) mobilis est, an qui posteriorum planetarum. Et conclusionem statuit: Motum diurnum, vt qui vniformis & regularis sit vno modo se habens, generationum & corruptionum causam nõ esse. Nã cùm generatio vnius (vt superiori lib. diximus) corruptio sit alterius, & generationum perpetuitas partim ex materia (vt eodẽ. 1. lib. cap. 3. diximus) sumat, partim verò nũc dicamus ex efficiẽte sumi: vna existente latione, non poterunt sanè generationes esse perpetuæ. Siquidẽ cùm contrarię sint, ab vna & eadem causa prouenire nõ possunt: nam idem in quantum idem semper est natum, si eodem modo se habeat, idem facere. Sẽper igitur esset generatio, aut esset corruptio. Cùm ergo vtranq; accidere intelligamus, multos esse cœlestes motus oportet, vt causa sint generationum & corruptionũ, vt 2. Cœli cap. 3. diximus: & adhuc contrarios esse necessũm est. Sed ne quispiam verbo cõtrarietatis offenderetur, atq; existimaret Aristo. sibi ipsi aduersari, qui. 4. cap. 1. lib. de Cœlo, motui cœli nullum motum esse contrariũ definiuit, subdit: Contrarios latione aut inæqualitate. Quòd cùm latione non opponãtur (vt illic ostẽdimus) sat est, inæqualitate & diuersitate ad ipsa generabilia opponi. Quã ob causam, lib. 2. de Cœlo cap. 12. lationẽ primam rebus permanentiam cõferre docebat, secundam verò planetarum lationẽ transmutationum causam esse. Sed dices, calorem diuersa quidem agere secundũ diuersas in materia dispositiones: ergo idem in quantũ idẽ, potest facere diuersa. Dicendum, iuxta materiæ variam affectionem idem agens varios inducere effectus, qui non sunt referendi in materiam, sed in efficiens: nõ particulare sed vniuersale, in quod omnia reducuntur, & à quo omnia in actu constituuntur, vt hîc Aristo. insinuat: qui posteaquàm lib. 1. cap. 3. generationum perpetuitatem materiæ adscripserat, nũc tanquã in primã radicẽ, in ipsum generans & primum efficiens reducit. Vnde infert, continuitatis generationũ secundum speciem atque inęqualitatis earundem, primam lationem causam non esse, sed obliquã Solis sub obliquo circulo lationem. Cuius præsentia generationis, absentia verò corruptionis causa dicatur, vt effectus per se causę per se reddatur. 2. Physi. text. 38. Sic enim contrariorum effectuum contrarię erũt causę, & tempus generationis æquale erit tempori corruptionis. Sol enim, qui sex signis à Capricornio vsq; ad Cancrum accedit generando, à Cancro per totidem alia signa corrumpendo recedit. Quocirca ęqualem esse generationis & corruptionis periodum, intelligendum censeo, secundum ipsam cœli naturam aut secundum specici ratsonem. Nam si secundum indiuidualem considerẽs, nõ semper æqualis est periodus, ob varia symptomata, quæ rebus ipsis præter naturam accidunt: tametsi in sua naturali dispositione, etiam indiuidua ęqualitatem periodi adipiscantur. Est enim cœli motus mensura, tempus, & vita vniuscuiusq; rei: mensura quidem, quia communis & regularis: tempus, quia numerat motum: vita, quia viuere viuentibus est esse. 2. de Anima text. 37. Sunt autem per motũ cœli, qui. 8. Phy. tex. 1. velut vita omnium subsistentiũ ponitur.

Generans virtute cœlum.

Obiectio

Solutio.

Cœli motus mẽsura tempus & vita dicitur.

¶ Apparent autem & ad sensum hisce quæ dicimus cõsentanea. Accedẽte nãq; sole generationẽ fieri, & recedente corruptionẽ, & in tẽpore ęquali vtrũq;, videmus. Nã corruptionis, & generationis naturalis, tẽpus æquabile existit. Sed plerũq; accidit, vt in minori ęcorruptio fiat, ob mutuã inuicẽ cõspirationẽ. Si em̃ materies inæqualis sit, nec omni ex parte eadem, generationes quoq; inęquales, & quasdã celeriores, quasdã tardiores esse necesse est. Vnde fit vt ob horum generationẽ, alia

Text. 58.

corrumpi accidat. Semper autem ſicuti dictum eſt generatio, & corruptio continentes erunt, nec vnquam deficient, ob eam quam diximus cauſam.

¶Quæ dixerat omnia, præſertim de rerum periodo, ſenſu confirmat: quo experimur Sole accedente omnia germinare & vireſcere, recedente verò areſcere contabeſcereq;. Niſi accidat mutua cauſarum conſpiratio, quæ cùm præter naturam ſit, & per accidens contingat, nil mirandum eſt, ſi minori tempore corruptio quàm generatio fiat: quod fieri cẽſendum eſt ex inæquali ſyderum configuratione & aſpectu, vnde conſtitutionum varię mixtiones ſuboriuntur. Semper tamen, ſiue natũrâ ſiue præter naturam oriantur aut intereant res, generationum ſeries cõtinens atque perpetua erit.

Text.59. ¶Idq; ratione optima euenit. Nam cùm in omnibus quod præſtabilius eſt, natura ſemper expetere dicatur: præſtabilius autem ſit eſſe, quàm nõ eſſe, & quot modis eſſe dicamus, alibi dictum ſit: hoc verò in omnibus ineſſe impoſſibile ſit, propterea quòd longè ab ipſo principio diſtent: reliquo modo deus ipſe vniuerſum compleuit, continua facta generatione. Nam ita maximè, ipſum eſſe continenter erit: propterea quòd illud, ſemper inquam generationẽ fieri, ad ſubſtantiã proximè accedit. Cuius rei, vt ſæpe diximus, cauſa, circularis latio eſt: ſola enim continens eſt. Quocirca & cætera alia, quæ in ſeſe ſecũdum affectus, atque vires tranſmutari ſolent, ceu corpora ſimplicia, circularem imitantur lationem: nam cùm ex aqua gignitur aër, & ex aëre ignis, & rurſum ex igni aër, & ex aëre aqua, in orbẽ ire generationẽ ideo dicimus, quia rurſum eodẽ redit, reciprocaturq;. Quare & recta horum latio, circularem imitata lationẽ cõtinens exiſtit.

¶Definita rerũ perpetuitate. 1. lib. cap. 3. ex parte materię, cuius gratia corruptio vnius alterius generatio eſt: hîc ex parte efficientis eadem perpetuitate cõmonſtrata, nimirũ q; continuò rerũ ceſſationes ſuſcipiat & reparet: præſenti iam tex. idẽ ex fine probaturus, in hunc modum argumentatur. Natura ſemper de poſsibilibus id facit in omnib⁹, quod melius eſt (id enim quod præſtabilius eſt natura ſemper expetere videt) atqui eſſe quàm nõ eſſe multis nominibus præſtat: ergo natura ſemper rerũ generationes intẽdit. Quod quia in caducis & corruptibilib⁹ indiuiduis ſecundũ ſe impoſsibile eſt idẽ numero perpetuò manere, ſecundũ ſpeciẽ beneficio generationis reparantur. Et ita Deus ipſe cõtinua facta generatione vniuerſum cõplet: propter quod generatio continenter atque perpetua erit, quoniã ſola circularis latio cõtinens eſt atq; perpetua. Quam quidẽ lationem referre atq; imitari conantur omnia, & circularem permanentiam & generationem referũt: vnde loquendi modus originem duxit, vt dicamus omnia eſſe in circulo, vt hîc Ariſt. &. 8. lib. Phy. tex. 76. etiam dicit, atq; inſinuat. 4. Phy, tex. 38. cap. 5.

Nota doctrinę methodum.

Text.60. ¶Ad hæc ex hiſce colliquet id, quod nonnulli addubitant, cur cùm corporum quodq; ad ſuum feratur locũ, in tempore infinito corpora diducta, ſeparataq; non fuerunt. Nã mutua in ſeſe migratio, huiuſce rei cauſa exiſtit. *Si* enim in ſuo quodq; loco manſiſſet, nec à vicino fuiſſet tranſmutatum, iam iam ſeparata forent, atque diſcreta. Trãſmutãtur igitur ob

ob lationem, quę duplex eſt: & quia tranſmutationem ſubeunt, fieri non poteſt vt ex ipſis vllum aliquo in loco ſtato maneat. Quod igitur generatio ſit, atque corruptio, & quam ob cauſam, et quid generabile, & corruptibile, ex hiſce quę dixim⁹ manifeſtũ eſt.

¶Soluit opportunè quæſtionẽ quandã Ariſto. Cur (ſcilicet) elementa tẽpore preſertim infinito (quo ab ęterno mundũ cenſet eſſe) in ſuis ꝓpriis locis atq; regionibus ſita nõ ſint, ſed potiùs quaſi confuſa & intermixta ſunt, vnde ſymbolica & mutua quadam ſecundũ circulum generatione trãſmutentur, vt text. 25. huius diximus. Pulchram hanc dubitationem Ariſto. diluit, dicens cauſam eſſe vt in propriis regionibus ſita non ſint, cœli lationem, qua mouentur atq; ex propriis ſedibus ad generationes tranſmutantur. Referunt enim atq; imitãtur ſemper cœli circulũ, quo moto, ipſa non moueri eſt impoſsibile: fieri enim nequit vt in ſuo ſtatu permaneant, aut ſi permanerent, ceſſarent profectò & perirẽt generationes: quare pater à cœlo moueri. Vides quo pacto Ariſt. perpetuò noſtrã exponat ſententiam: vt nos hac ratione nihil ab Ariſtotelis mente alienum dixerimus. Intelligesq; meliùs, ſi verba expenderis & dubitandi occaſionem contempleris.

Cœlũ omniũ efficiẽs principium.

Text.61. ¶Cùm autem ſit neceſſe quippiam eſſe mouens, ſi futurum eſt vt ſit motus, quẽadmodum anteà dictum eſt in alijs: & ſi motus ſemper ſit, ſemper eſſe quippiam mouens: & ſi continuus, vnum idemq; & immobile, & ab alteratione, generationéve immune: & ſi plures ſint motus circulares, plura quidem, ſed omnia hæc quodammodo ſub vno eſſe principio neceſſe ſit: & cùm tempus ſit continuum motum eſſe cõtinuum, ſiquidem fieri nequit vt ſit tempus ſine motu: tempus profectò continui cuiuſpiam numerus erit. Eius igitur, qui in gyrum fit, ſicuti in hiſce quæ initio diximus, præfinitum eſt.

¶Ariſt. probaturus quod ſuppoſuerat initio huius capitis, continuitatem (ſcilicet) generationis ex continuitate motus pendẽre, quædam dogmata propria præſenti text. colligit. Videlicet, Neceſſum eſſe mouens atque motum eſſe, quod. 7. &. 8, Phyſi. oſtenderat. Et quòd mouẽs atq; motus ſempiterno tempore ſunt: & præterea motum continuum eſſe, atque mobile, vt. 8. lib. Phyſi. vnum immobile, mutationis expers oſtendit. Neceſſe enim eſt hæc omnia ſub vno contineri principio, omnia enim ab vno pendent: quod etiam ex ratione ordinis & ſubordinationis patet. Quo fit, vt ſimul colligatur vnum primum debere eſſe, non ſolùm in genere cauſæ efficiẽtis, ſed etiam in genere cauſę finalis: quod lib. 2. de Cœlo cap. 12. latiùs expoſuiſſe memini. Si motus igitur vnus & continuus atque perpetuus eſt, ergo & motor: quibus ſtãtibus, & generationes, quæ cœli gyrum ſemper referant, vt. 4. Phyſicorum cap. 5. mõſtrauit Ariſt.

Text.62. ¶Sed vtrum motus ideo ſit continuus, quia id quod motum ſubit continuum ſit: an quia id, in quo fit motus, locus inquam, aut affectus? Palàm ſanè eſt, motum ideo cõtinuum eſſe, quia id quod mouetur, continuum eſt. Nam quo pacto cõtinuus eſt affectus, niſi quia res ea, cui accidit, continua eſt? Si verò & quia id in quo, hoc ſoli loco competit, quippe qui magnitudinem quãdã habeat: è magnitudinibus autem ſola circularis continua eſt, adeò vt ipſa ſibi ſẽper cõtinua ſit.

Corpus igitur circulare quod ferri assolet, motum facit continuũ: motus verò, tempus.

¶Tacitam quãdam obiectionẽ, quę dubitari posset, soluit Arist. Propter quid (scilicet) motus continuus sit, an ex mobilis continuitate, an loci potiùs, aut passionis, quæ motꝰ terminus est. Dicit Arist. mobile potiùs inspiciẽdum quod cõtinuum est: non omne necessariò, sed quod secundũ locũ mouetur: nõ recto, sed circulari motu, quo cœlum agitatur, quod semper cõtinuò mouetur. Est enim cõtinuitas à tempore profecta, tempus autem sine motu non est, motus autem non est sine mobili: quod. 4. Phy. tex. 99. expositum, ad motum (scilicet) & tempus, continuitatem, merito magnitudinis in qua recipitur motus, spectari. Attende, Aristotelem non de continuitate hoc loco agere, vt. 5. Phy. sed vt. 8. vbi cõtinuum & perpetuũ eum motum dicit, qui cœli est. Agit ergo de continuitate primi mobilis, vt contextura docet, quod ipse his verbis apertè demonstrat: E magnitudinibus autem sola circularis continua est, adeò vt ipsa sibi semper continua sit, & motum faciat cõtinuum, motus verò tempus. Quare extortè satis in aliũ sensum tex. præsens citatur. Prima sanè continuitas à primo nascitur subiecto, atq; adeò prima passio perpetua non est, nisi propter rem cui accidit, vt. 5. Phy. tex. 23. insinuauit Arist.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. duas cõclusiones singulis probat rationibus Arist. Secũdæ, corollaria annectit: post quod conclusiones easdẽ ex fine probat: tandem duas quæstiũculas dissoluit.

1. Cõclus. ¶*Cùm demonstratum sit, cæli motum perpetuum esse, generationem etiã perpetuam esse est necesse. Latio nanq; solem qui generandi vim obtinet, admouet: est siquidem rationi consonum magis, vt id quod est, quàm id quod nõ est,* Ratio.
2. Cõclu. *generandi causa sit. Vnde patet, cùm generationis latio causa sit, lationẽ vnicam non esse: idem enim eodemq; modo* Ratio.
se habens, semper idem facere natũ est, generatio igitur semper esset aut corruptio: ambæ verò cùm sint & contrariæ, contrarias ob inæqualitatem habeant causas oportet. Quocirca prima latio Corolla.
ortus atque interitus causa non est, sed obliqui circuli latio, quæ decliuis est, cuius accessu atq; recessu accidit, vt interdũ pcul interdũ propè generãs existat. Quare vniuscuiusq; tẽpus & vita numerũ habet, numeroq; præfiniuntur singula: quorum omnium ordo est, mensuratur enim tempus & vita omniũ periodo atque circuitu, quæ omnia sensui 2. Corol.
consentanea sunt. Idq; ratione optima euenit: quoniam in omnibus quod præstabilius est, natura non solùm expetere sed & facere videtur: atqui esse, quã nõ esse præstãtius est: meritò igitur Deus vniuersum continua facta generatione compleuit. Circularis itaque latio sola Cõclusionũ probatio ex fine.
est continens atque perpetua: atq; adeò generationum series, circularem imitata lationem, continens & perpetua existet. At cur corporum simpliciũ quod- Quæst. 1.
que infinito tempore in suum non est separatum locum? Quia transmutantur ob lationem, quæ duplex est: item Solutio.
quia trãsmutationem subeunt, & quia fieri nequit, vt ex ipsis vllum in stato loco permaneat: motum autem atque mouens, vnum & continuum esse, omniaque quodammodo sub vno esse principio, dictum est in aliys. Sed vtrum mo- 2. Quæst.
tus continuus sit atque perpetuus, quia quod mouetur tale est, an quia locus in quo fit, an quia affectus circa quẽ fit, inquirendum

Solutio. *inquirendum est. Palàm sanè est esse continuum, quia id mobile quod circũfertur, continuum est: quo enim pacto affectus, & passio ipsa, quæ tẽpus est, continua erit, nisi quia res ipsa cui accidit continua est? Est enim in magnitudinibus sola circularis adeò continua, vt semper continua sit.*

CAPVT. XI.

Text. 63. ¶Cùm autem in hisce, quæ per ortum, alterationémve aut omnino transmutationem continenter mouentur, hoc post hoc deinceps esse, ac oriri intantum vt nõ deficiant, videamus: vtrum quippiam sit quod erit necessariò, an nihil, sed omnia non fore contingat, considerandum est.

¶Manifestaturus Arist. modum, quo generatio perpetua sit, ambiguitates quasdam diluit, quæ continuò ex dictis suboriebantur. Demonstratum enim cùm sit, motum cœli æternum & perpetuum necessariumq; esse, & causam horum inferiorum: ambigitur, sit ne effectus etiam necessarius. Rationẽ dubitandi apponit, quia cùm ex cœli latione, generationi perpetuitas communicetur, videndum supereſt, an necessitas etiam communicetur. Est enim sensibus illud exploratum, vt continuò post alterationem generatio sit, ita vt generationum series nunquam deficiat. Non igitur ab re quæri debet, an id quod generatur perpetuum sit, ita vt nunquam deficiat, an aliquid generetur quod contingens sit.

Text. 64. ¶Palàm enim est, quòd nonnulla. Atque continuò fore, & esse futurũ, hac de causa, diuersa sunt. Nam de quo verum est dicere ipsum fore, de eo tãdẽ hoc, ipsum inquam esse, verũ sit oportet: de quo verò nunc verum est dicere, ipsum esse futurum, hoc non fore nihil vetat. Nam tametsi futurũ est, vt quispiam ambulet, tamen fieri potest vt non ambulet.

¶Paulus hoc textu quæstionem ab Arist. facilè dilui docet, quadã causarum diuisione in naturalem & liberam. Naturalis ea dicitur, quæ positis ad agẽdum requisitis, necessariò agit: libera verò agere potest & nõ agere, positis etiam ad agendum requisitis. Quare in his quæ agunt à proposito, contingentem effectum: in his verò quę à natura, necessariũ sequi docet, saltem secundum speciem: nam ignis (inquit) necessariò generabitur, quãuis non hic ignis. Qua de re plura lib. 1. Perihermenias cap. vltimo dicemus, si per continuas occupationes typis mandare licuerit. Nam id quod iste docet, ad literæ expositionem parùm referre videtur: loquitur enim de rebus vt contingunt, sed per regulã logicã. Quare Arist. soluit quæstionem, docendo, non statim atq; futurum aliquid est, fore: futurũ nanque & fore diuersa sunt. Nam de quo dicitur fore, necessum est esse futurũ, vt ea quæ causam habent efficientem & materialẽ iam determinatas, vt de vapore & pluuia pater. Si tamen futurũ dicas, hoc non est necessum fore: exemplo sit ambulatio Socratis, quæ potest esse futura, & potest fieri vt nunquã ambulet. In his igitur, in quibus causæ vel tantã non habent determinationem, vel impediri possunt, cõtingenter plurima euenient, etiã si (vt dicebat Paulus) à causa proueniũt naturali. Neque verum est, Aristotelem (vt quidã scioli autumant) regulam Summularum eliminare, Si propositio de futuro vera est, ꝙ habebit vnam de inesse veram. Siquidem cùm dicit: Verum est dicere ipsum esse futurum, & hoc non fore nihil vetat: non loquitur de propositionibus de inesse simpliciter, nec simpliciter de propositionibus de futuro de possibili, sed mixtim. Vt hunc faciat sensum: Quod futurum est, id est, quod potest aliquando in tempore futuro esse, aliquando nõ erit. Nam veritas illius modalis, per possibilitatem vnius de inesse mensuratur, sicut alterius de futuro veritas, per simplicem existentiam in tempore futuro. Sed his omissis, pergamus vlteriùs. Paulus. Regula summularum.

Text.65. ¶Omnino autē cùm ex entibus nonnulla & esse,& non esse contingat,quòd & ea quæ gigni solent ita sese habebunt, & non necessariò erunt,apertum est.

¶Thomæ placet,probationem esse prædictę solutionis, ex entis generali diuisione. Nam sicut entis quoddam,contingens, quoddam necessarium est,ita quę fiunt,quædam necessariò,quædam verò contingenter eueniunt. Nobis verò non displicet,esse eiusdem quęstionis solutionem:sicut enim res se habent ad esse,ita se habent ad fieri.

Text.66. ¶Vtrum igitur vniuersa sint eiusmodi,an non,sed aliqua simpliciter fore necessariū sit:& sicut in ipso esse fit, vt quædam non possint non esse,quędam possint nō esse,sic & in ipsa quoque generatione? verbi gratia, solstitia fore necesse est,nec fieri potest vt non contingant.

¶Quæstionem eandem rursus proponit, vt melius exactiusq; atq; particulariùs intelligatur,quę necessariò,quæ verò contingēter generentur.Dicitq; ex eadem posita dignitate, quòd sicut res se habēt ad esse, ita ad fieri. 2. Met.tex.4.ideo quędā in ipso esse necessaria esse, vt cœlorum conuersiones, & subinde elementorum mutationes secundū speciem: solstitia nanque fore est necesse,neq; fieri vlla ratione potest, vt non contingāt:at reliqua quę circa elementorum transmutationes accidunt, saltem in individuo præpediri possunt.

Text.67. ¶Si igitur prius fore necesse est, posterius erit,vt si domus,fundamentum,si verò fundamentum, lutum: nonne ergo si fundamentum factum est,domum quoque fore necesse est?an non adhuc, nisi &eā fore simpliciter necesse sit? quod si hoc sit, facto fundamēto fore domum necesse est. Nam sic prius sese habet, ad posterius. Quade causa si hoc erit antè, fore illud,est necesse.Si itaq; est necesse fore posterius,prius quoque necesse est:&si prius,&posterius. Verùm non ob illud, sed quia necessariò futurum supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est, in hisce recurrit, semperq; si prius est factū, posterius fore necesse est.

¶Quærit tertiò,an in his quę à proposito generantur,aut in vniuersum,necesse sit, priore generato generari posterius. Vt quēadmodum sequitur,si domus est,esse & fundamētum,lutum,lateres,intritum: sic etiam è cōuerso sequatur,si fundamentū domus est,domū ipsam fore sit necesse.Et similiter in naturalibus,vt sequitur, pluuia est, fuit igitur vapor:ita è conuerso vapores futuram inferāt pluuiam.Quod(vt paucioribus perstringamus)idem est ac si quæras,nunquid omnis generatio conuersiua sit,vt posito priori sequatur posterius,& è conuerso. Quā quæstionem diluit,ex his quæ superioribus quęstionibus dicta sunt:nempe, in his quæ necessaria sunt nonnunquam valere, nūquam tamen in his quę contingenter:prętereà etiā in his quæ à proposito fiunt. Quare in vniuersum,ex generatione posterioris infertur generatio prioris,ex prioris autem generatione non sequitur posterius esse:nisi quādo contigerit,vt posterius necessariò ex prioris generatione pendeat,nempe quòd necessaria sit inter vtrunq; connexio: ideo generatio eorum conuersiua est atq; recurrit. Hoc tamen signato discrimine, vt prioris ad posterius necessitatis habitudo ex suppositione sit,posterioris verò ad prius absoluta atq; simpliciter necessaria. Distinctio.

¶Quòd si deorsum versus,in infinitum abeant, haudquaquam ex posterioribus hocce fore simpliciter, sed ne ex suppositione quidē erit necesse:nā semper aliud antè necessariò Text. 68.

necessariò erit: quocirca & illud fore necessariū erit. Quare si infiniti non sit principium, nec primum quicquam erit, ob quod fore erit necessariū. At verò nec in hisce quidem quæ finem habent atque terminū,hoc verè dici contiget, simpliciter inquam fore quippiam,ceu domum, cùm factum fuerit fundamentum.Nam cùm fuerit factum,nisi semper eā fieri sit necesse, semper id esse qđ potest non esse,eueniet. At in generatione semper sit est necesse,si ipsius generatio necessariò sit: nā necessariò & semper simul sunt: quod enim esse est necesse,nō potest non esse. Quare si quid necessariò est,sempiternū est: & si sempiternum est, necessariò est. Si itaque huiusce generatio necessariò est,sempiterna est: & si sempiterna,necessariò. Si igitur generatio cuiuspiam necessariò simpliciter sit,in orbem eat, eodemq; reuertatur necesse est. Nam generationem,aut terminū habere, aut non habere,necesse est. Et si non habeat, aut in rectum, aut in circulum.Horum autē, si sempiterna sit,in rectum minimè possibile est,quia nequaquam sit principium,neque deorsum, vt in futuris accipimus,neq; sursum, vt in hisce quæ iam facta sunt. At esse principium,si finita non sit, atq; eam sempiternā esse,necesse est. Quocirca circularis sit,est necesse. Igitur regressum fieri necesse erit. Vt si hoc necessariò sit,ergo & prius:at verò si hoc, & posteri⁹ fore erit necesse: atq; hoc semper continuè:nihil em̄ refert per duo, an plura hoc dicamus. Igitur necessariò simpliciter circulari motui,atq; generationi competit.Et si in orbem fiat generatio, fore quodq;,esse factum necesse est:& si necesse sit,horum generatio circularis erit.

¶Disputaturus Arist.de modo,quo generatio perpetua sit atq; necessaria, & vt probet in infinitum non rectà sed secundū circuitū procedere,duo ponit fundamenta,quę ex aliis concedi sibi postulat.Primū est, generanda nequaquam in infinitum secundū rectùm procedere:hoc est,secundū ordinem prioris ad posterius,rectà absq; reciprocatione non permeant. Ratio est, quoniam posterius (vt ex his quæ tex.proximo dicebātur,patet) nō semper necessariò fit,neq; ex suppositione, quoniam in infinitū impossibile est progressum fieri. Vnde efficeretur, vt & id quod priùs factum est,non necessariò factū esset, nimirum & infinita secundū rectum essent pertrāseunda,quod ratio & natura fieri negat:infinitorum enim neq; primū est neque vltimū:quare neq; erit mediū, atq; adeò nec processus vnius ad alterum. Quo fit, partes temporis non habere ordinem essentialē secundum rectum:nam cùm sint infinitæ (ęternitate mundi secundū placitum Arist. suppositā)non posset esse huiusmodi dependentia: accidētalis autem minimè repugnat. Ob idq; numerus quanuis procedat in infinitum,infinitus nō est,est enim quaternarii à ternario essentialis quædam dependentia. Secūdum fundamentū quod supponit est,& nec si generatio fines & vltimum habeat, in infinitū secūdum rectum procedit. Nā si finita sunt, aliquando pertransibuntur, quibus absumptis generatio absq; reciprocatione & regressu minimè contiget:cessārent ergo tandem rerum generationes:atq; adeò quod semper est,id est generatio vnius,ex corruptione alterius non semper esset,quod sensui aduersatur.Est igitur generatio circularis, quāuis Corollarium.

non

nō simpliciter, facto fundamento domū fieri sit necesse. Statim verò tacitę occurrit obiectioni: posset nanq; quispiam dicere, multa esse ex necessitate, quæ tamen non sunt sempiterna, vt si decollatio aut iugulatio est, Socratē qui iugulatur interire est necesse, ipsius tamen interitus non est sempiternus. Respōdet, id quod necesse est esse, sempiternum esse: atq; in hunc modum probat. Quod nō potest non esse, necesse est esse, ab æquipollentibus: sed sempiternū est, non possibile nō esse: igitur necesse est esse. Quare generatio sempiterna est, & quę non potest nō esse: cōuertuntur sanè non posse non esse, & necesse est semper esse. Quib⁹ sic positis, generationem conuersiuam in infinitum secundū circulum ire atq; reuerti docet. Nam generationē perpetuā atque adeò infinitam esse, hactenus docuimus: ꝙ cùm in infinitum abire secundū rectum sit impossibile, in gyrū circuire atq; conuerti opus est. Nam generationē ipsam fine carere, suprà lib. primo ex parte materię atq; motus probatum est, text. 17. atq; præsenti libro, idem ex parte finis ostensum. à tex. 56. ad tex. 59. Vsq; adeò, vt neque principiū sit in præteritis, neq; finis in futuris. Ordo igitur prioris & posterioris cū reciprocatione perpetuus est, vsq; adeò vt nil sit, quod prius & posterius respectu diuersorū sit: nimirum ꝙ omnia in circuitu vertantur, circuli autem neque principiū, neq; mediū, neque finis est in ipso, sed extrà. 8. Phy. text. 76. Vnde infert, in generationū serie ex priori, quadam consequentię necessitate, sequi posterius: è contrario autē ex posteriori pri⁹, consequentis necessitate colligitur. Neq; cu rę nobis esse debet, ꝙ huiusmodi demōstrationes, & conuersiuę generationes per vnū aut plura fiant media: nil enim refert. Nam licèt ex animali cadauer fiat, & rursus non retrocedat immediatè: tandem aliquando fiet, vt retrocedat & conuertatur ex eadem materia animalis generatio.

quod in orbem mouetur, aliqua semper moueat, eorum quoque motū circularem esse necesse est: vt si supera latio orbita sit, sol orbitò mouetur. Quoniam autem hoc pacto mouetur, hac sanè de causa anni tempora in circulum fiunt redeuntque. Quæ cùm ita fiant, omnia profectò quæ sub ipsis sunt haud secus fient.

¶Cōfirmat quæ dixerat, per ea quæ suprà posuimus. Nam lationem illam causam generationum efficientem diximus, effectus autem semper suæ causæ similitudinem prę se ferūt: vtpote cuius naturam atq; naturæ modū referant, maximè quādo effectus causę coæternus est. Ob id superiùs ex Arist. libris de Physica Auscultatione, omnia esse in circulo illo, illiusq; similitudinem referre demonstrabamus. Et quia dicere quispiam posset, ex causa vniuersali & remota particularem & proprium effectum non inferri: dicit, vt in pluribus verum illud esse: tamen hoc loco, ob causarum necessariam quandā cōnexionē, quod intendimus veritatem obtinere est necesse. Vt enim Sol sub decliui & obliquo circulo necessariò mouetur, ita anni tempora inde perpetuo gyro effluent: ergo & elementa etiam, quæ generationū seminaria sunt inde commouentur. Generationes ergo circulares, cœli circulari motui referendę sunt: nam licèt cœli circulatio causa sit remota, est tamen cum effectu conuertibilis. Sicut Lunæ eclipsis, proxima causa & directa terræ sit interpositio, & remota caput & cauda Draconis: conuertuntur tamen cum effectu, siquidem nunquam in illis punctis vtrunq; astrū sine eclipsi esse contingit.

Text.69. ¶Hæc itaque non sine ratione accidūt posteaquàm motus ille circularis, atque cœlestis perpetuus est: nam hæc necessariò fiunt, & erunt, quæcunque huiusce motiones sunt, & quæcunque propter hunc fiunt motum. Nā si id, Text.70. ¶Cur nam igitur quædam ita fieri videntur, nēpe circulatim oriri, vt pluuia & aër (nam si nubes erit, pluat etiā oportet, & si pluet, nubem quoque fore cōuenit) homines verò, & animalia in sese nō redeunt, remeantq; ita, vt idem rursum

rursum oriatur? nō enim si pater sit, te fore, sed illum, si tu sis, necesse est: hęc autem generatio in rectum proficisci videtur. Rursum autem hoc considerationis initium sumatur, similíne modo vniuersa redeant, an non, sed quædā numero, quædam specie solùm? Quorum igitur substantia motū subiens incorruptibilis est, ea omnia, vt patet, etiam numero eadem redire solent: nam motus id comitari solet, quod motu cietur. Quorum verò non, sed corruptibilis, specie nō item numero, reuerti necesse est. Quocirca cùm ex aëre aqua fit & ex aqua aër, specie idē, non numero, redit. Quod si & eadē numero aliqua redeant, non tamen ea quorum substātia ortum subit, eiuscemodi existēs, quæ non esse possit.

¶Dubitat, nunquid omnis perpetua generatio circularis sit, cùm hominis generatio absq; circulo perpetua sit: nā in seipsas animalium generationes minimè recurrūt. Quęstionem hanc ex alterius solutione solui debere, dicit Arist. An scilicet idē secundū numerum per naturā redire possit. Ad quam respōdet æterna numero eadē redire, vt cœlum & stellas, quæ post occasum eædē iterū oriunt. Quorū autē substātia caduca est atq; contingens, minimè secundū numerum redire possunt, sed secundū speciem: vt ex aëre ignis, ex igne rursus aër: & ex vapore pluuia, & ex pluuia rursus vapor generatur, specie tamen eadem non numero.

¶In his duobus vltimis capitibus, vbi nobis cum Arist. de rerum generabilium & corruptibilium vniuersaliorib⁹ causis determinatum est, ad quas omnia reducūtur, & in quibus ne penitus pereant, continentur: examinanda multa essent atq; expendenda. Videlicet, materia ne in cœlo sit, & qualis. Deinde, an cœlum per propriam formam, an per intelligentiam efficiens sit. Tum etiam, an inferiora hæc ab illis pendeāt, & quomodo. Mox, an idem effectus numero diuersis partibus temporis, aut à plurium agentiū quoliber fieri possit. Tādem (vt alias interim quęstiones prætergrediamur) an idē numero, virtute naturę redire repariq; possit. Quas quæstiones libenti animo hoc loco pertractassem, ni si ꝙ in libris de Anima, harū aliquot diligentiùs disputabim⁹: & quoniā partim (licèt leuiter & perfunctoriè) de his nōnihil in superioribus diseruim⁹. Nā materiā in cœlo esse ponendā, pluribus tum rationibus, tum authoritatibus, clariùs quàm vt vlla possit ratione negari, demonstrauimus primo Cœli. De secundo etiam quæsito, eodem libro disputauimus. Cęterùm Paulus hîc, intelligentiam dicit causam effectricem esse: nam prętermateriam & formam, tertium quod efficiens sit, nullum aliud relucet nisi intelligentia, orbi ad motum & operationem applicata: quam dicit esse illam Platonis Idæam, illū Auicēnæ formarum datorem, atque ipsum quod Aristo. generans appellat: nomine enim tantùm non re differre videntur. Memini tamē me lib. 2. de Cœlo dixisse, formam cœli agere, intelligentiam verò applicare. Quod non ita velim susscipias, candide lector, vt intelligas nullum intelligentiæ influxum relinqui: influit enim quàm maximè, cùm ob hanc rationem secundo Cœli cœlum animatum dixerimus, atque vnū esse cū intelligentia: quæ cœlo vt instrumento, non aliter ferè ac anima nostra isto suo corporis ergastulo, vtitur. Sunt enim cœlum & intelligentia in motu & actione causę subordinatæ. Quare si tunc oportuit cœlo actionem non adimere, modò etiā neq; ipsam intelligentiā agendi vi defraudare: nam sicut hæc inferiora à cœlis pēdent, ita & cœli à suis intelligentiis, ad modū enim vnius causę immediatè ad effectus concurrunt. Tertium autē. 2. lib. Cœli cap. 4. discussimus. Nā & Arist. 8. Physi. omnia ad primū mobile quod se ipsum mouet, reduxit: atque addit. 2. Cœli & hoc loco, cæteris causam esse vt moueantur, &. 1. de Cœlo &. 12. Meta. omnia vnum esse ex ratione ordinis demōstrat. Ob idq; omnia ad actionē essentialiter & per se, per modū vnius causę ad effectum concurrunt. Quæ omnia, principia etiā sunt ad colligendam illam de motu grauium & leuium expositionē. Quartā verò quęstionē, ex his quę Arist. lib. 2. Physi. docuit text. 37. facile

Generans apud Aristotelem.

Quęstiones multę obiter notantur.

facile erit diſuere: vbi hãc numero medicationem, ab hoc numero medico neceſſariò proficiſci docet. Nam cum hîc & nunc & cæteris materiæ diſpoſitionibus, hic numero ignis non poterit niſi ab hoc numero agẽte fieri: atq; neq; ab hoc eodem agẽte, in alio tẽpore idem ignis producetur: nõ enim eſt eadem temporis vnitas, quæ ad actionis idẽtitatem maximè requiritur. De qua quęſtione, atq; quinta, & poſtrema, fortaſſe libris de Anima plura dicemus: nunc enim lectionum theologarum quotidianis occupationibus prępedito dicere minimè vacat. Quid? quòd Ariſt. concluſio non tãtùm philoſophica eſt: ſed etiam nihil per naturã numero idem redire poſſe, fide tenendum eſt. Cauſam tamẽ cõcluſionis, libris de Anima aperiemus: quã ſciens & prudens prætereo, vt receptui canã. Maiora enim nos vocãt: quibus vt pro dignitate faciamus ſatis, preſenti cura expediri nos oportet.

SVMMA CAPITIS.

In hoc cap. tres ponit Ariſt. quæſtiones: & poſt primæ in genere ſolutionẽ, eandẽ rurſus ſpeciatim ponit & ſoluit. Deinde duobus poſitis fundamentis, vnam ponit concluſionem, atq; corollariũ: & vtrunq; probat.

1. Quæſt. ¶ *Videamus, vtrùm quippiã ſit quod erit neceſſariò, an nihil, ſed omnia contingenter eueniant. Palã eſt, nõnulla ex neceſſitate, quædã autem contingenter euenire. Quod continuò, fore & futurũ, quæ diuerſa ſunt, aperiunt: nil enim vetat futurũ vt quiſpiã ambulet, cuius ambulatio nunquã eueniat. Omnino ſanè neceſſum eſt, res quẽadmodũ ſunt, ita fieri. Vtrũ igitur vniuerſa ſunt huiuſmodi, an non? Si enim neceſſe eſt poſterius, & prius quoq; neceſſe eſt eſſe: non tamen ſi prius eſt, poſterius fore eſt neceſſe: non enim retroceditur niſi in his quæ eſſentialiter ordinantur. Quæ* 1. Funda. *ergo generãtur, in infinitum nec exſup poſitione quidem ſecundùm rectũ permeant: infiniti enim principiũ non eſt, nec finis. At verò nec in hiſce quę finẽ* 2. Funda. *habent, generatio in infinitum ſecundũ rectum procedit: tãdem enim abſq; reciprocatione ceſſarẽt generationes. Cùm* Cõcluſio. *igitur generatio cuiusq; neceſſariò ſimpliciter ſit, in orbem eat eademq; modo reuertatur neceſſe eſt: nã ſi rectà abire nequit, in circulum cõuertatur oportet: quocirca circularis eſt neceſſariò: igitur regreſſum fieri opus eſt.* Corolla. Probatio *Quæ nõ ſine ratione accidũt, poſteaquàm motus ille circularis atq; cœleſtis perpetuus eſt, quia ita in gyrũ anni tẽpora, & quæ ſub tẽpore ſunt conuertit. Curnã igitur quæ-* 3. Quæſt. *dam ita circulatim oriuntur, vt cõuerſiuè generẽtur, veluti pluuia, aër: quædã verò vt animalia, in ſeſe rurſus non redeunt? Quia quorũ ſubſtantia motum* Solutio. *ſubiens incorruptibilis eſt, ea omnia (vt patet) numero eadẽ redire ſolent: quorũ verò corruptibilis eſt, ſpecie nõ numero eadem redeũt. Hactenus de generatione dictum ſit.*

¶ Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarũ actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſæcula ſęculorum. Amen. Apoc. 7.

Repetit ſpecialiùs quæſtio, & ſoluit.

Librorum Ariſtotelis de Generatione & Corruptione, interprete Franciſco Vatablo, & in eoſdem Petri Martinez commentariorum, Finis.